Incipit ordo miſſalis ſm cō
ſuetudinem romane curie. Do
minica prima de aduētu. Sta
tio ad ſanctam Mariā maio-
rem. Ad miſſam Introitus.

AD te leuaui
aīam meam
deus me⁹: in
te cōfido nō
erubeſcā: ne
q; irrideant
me inimici
mei etenī vniuerſi q̄ te expectāt
nō cōfundent. ps. Uias tuas
dñe demōſtra mihi: et ſemitas
tuas edoce me. Sequit immne
diate. ℣. Glia patri. Quo fini
to repetit introit⁹. Ad te leua-
ui aīam. Et iſte mod⁹ repetēdi
introitū ſeruat p totū ānū cū
dicit Glia patri. poſt introitū
etiā in feſtis duplicibus. Oro

EXcita q̄s dñe potētiā tuā
et veni vt ab imminētib⁹
peccatoꝝ noſtroꝝ periculis te
mereamur protegēte eripi: te
liberante ſaluari. Qui viuis.
Ab hac die vſq; ad vigiliā na-
tiuitatis dñi poſt orōnē diei dr
orō de ſancta maria ſcz. Deus
q̄ de btē marie. Tertia orō dr.
Eccleſie tue. vel Deus omniū.
Infra hebdomadā ſi fuerit fe-
ſtum prima orō de feſto. ſecun
da de dñica. tertia de ſcā ma-
ria. Lectio epl'e bti pauli apl'i
ad Romanos. xiij. capi.

FRatres. Sciētes q: hora
eſt iam nos de ſomno ſur
gere. Nūc aūt ppior ē nra ſal⁹
q̄ cū credidimus. Nox pceſſit
dies aūt appropinquit. Abij-
ciamus ergo opa tenebrarū et
induamur arma lucis: ſic vt in
die honeſte ambulem⁹. Nō in
comeſſatōibus ⁊ ebrietatibus.
Nō in cubilib⁹ ⁊ impudicitijs
Nō in cōtētiōe ⁊ emulatōe: ſz
iduimini dñz ieſuz xpz. Grad
Uniuerſi q̄ te expectāt nō con
fundent dñe ℣. Uias tuas do
mine notas fac mihi: ⁊ ſemitas
tuas edoce me. Alla ℣. Oñde
nobis dñe miaz tuā: ⁊ ſalutare
tuū da nobiſ. Sequētia ſancti
euāgelij ſm Lucā. xxi. capi.

IN illo tpe. Dixit ieſus di-
ſcipulis ſuis. Erūt ſigna i ſole
⁊ luna ⁊ ſtellis: ⁊ in terris pſſu
ra gentiū pre confuſione ſonit⁹
maris ⁊ fluctuū: areſcentibus
hoībus pre timore ⁊ expectati
one que ſupueniēt vniuerſo or
bi. Nam virtutes celoꝝ moue
bunt. Et tūc videbūt filiū ho
minis veniētē in nube cū ptāte
magna ⁊ maieſtate. His autez
fieri incipiētib⁹ reſpicite ⁊ leua

te capita veſtra:qm̄ appropin-
quat redemptio vr̄a. Et dixit
illis ſilitudinē. Uidete ficulne
am ⁊ om̄s arbores cū ꝓducunt
iam ex ſe fructū: ſcitis qm̄ ꝓpe
eſt eſtas. Ita ⁊ vos cū videritis
hec fieri: ſcitote qm̄ ꝓpe eſt re-
gnū dei. Amen dico vobis: q꞉
nō p̄teribit gn̄atio hec donec
oīa fiant. Celū et t̄ra trāſibūt
verba autē mea non tranſibūt
Offer. Ad te leuaui aīaꝫ meā
deus meus in te cōfido nō eru
beſcā: neqꝫ irrideāt me inimici
mei: etenī vniuerſi q̄ te expectāt
nō confundentur. Secreta
HEc ſacra nos dn̄e potenti
virtute mūdatos ad ſuuꝫ
faciant puriores venire princi-
pium. Per. Cōio. Dn̄s dabit
benignitatē: et terra nr̄a dabit
fructum ſuum. Poſtcōmunio.
SUſcipiamꝰ dn̄e mīam tuā
in medio tēpli tui: ⁊ repa
rationis nr̄e vētura ſolēnia cō
gruis honoribus precedamus
Per. Notādū ꝙ a prima dn̄i
ca de aduētu vſqꝫ poſt feſtum
purificatiōis ſancte marie: ⁊ a
ſeptuageſima vſqꝫ poſt oct̄. pē
the. nō dicimꝰ miſſam cōuētua
lem ī die lune ꝓ mortuis: neqꝫ
de cruce feria ſexta: neqꝫ de ſā
cta maria in die ſabbati. Sed
ſi ſūt plures ſacerdotes in loco
plane pn̄t dicere: vel etiā canta
re qn̄qꝫ miſſam quā voluerint
Dn̄ica.ij.de aduentu. Statio
ad ſanctam crucem. Introitus.
POpulꝰ ſyō ecce dn̄s
veniet ad ſaluandas
gentes: ⁊ auditā faci
et dn̄s gl'iaꝫ vocis ſue in letitia
cordis vr̄i. Ps. Qui regis iſrael
intende q̄ deducis velut ouem
ioſeph. ℣. Gloria. Oratio.
EXcita dn̄e corda nr̄a ad p̄
parādas vnigeniti tui vi-
as: vt ꝑ eiꝰ aduētū purificatis
tibi mētibus ſeruire mereamī.
Qui vi. Epl'a ad roma. xv. c.
FRatres. Quecunqꝫ ſcri-
pta ſunt. ad noſtrā doctri
nā ſcripta ſunt: vt ꝑ patientiaꝫ
et cōſolatōeꝫ ſcripturarū ſpem
habeamus. Deus aūt patiētie
et ſolatij det nobis idipm̄ ſape
in alterutrū ſ̄m ieſum xp̄m: vt
vnanimes vno ore honorifice-
tis deū ⁊ patrē dn̄i noſtri ieſu
xp̄i. Propter quod ſuſcipite ī
uicē ſicut ⁊ xp̄s ſuſcepit vos in
honorē dei. Dico eīm chriſtum
ieſum miniſtrū fuiſſe circūciſio
nis ꝓpter veritatē dei ad cōfir-
mādas ꝓmiſſiones patrū. Gē
tes aūt ſuꝑ mīa honorare deū
ſicut ſcriptū eſt. Propterea cō-

fitebor in gẽtibus dñe ꝛ nomi-
ni tuo cantabo. Et iterũ dicit.
Letamini gẽtes cũ plebe eius.
Et iterũ. Laudate dñm oms
gẽtes: ꝛ magnificate eũ oẽs po
puli. Et rurſuz yſaias ait Erit
radix ieſſe et q exurget regere
gentes: in eũ gẽtes ſperabunt.
Deus aũt ſpei repleat vos oi
gaudio ꝛ pace in credendo: vt
abũdetis in ſpe ꝛ vtute ſpũſſci
Grad. Ex ſyõ ſpẽs decoris eiꝰ
deꝰ manifeſte veniet. Cõgre
gate illi ſcõs eiꝰ q ordinauerũt
teſtamentũ eius ſup ſacrificia.
Alla. ℣. Letatꝰ ſum in his que
dicta ſunt mihi in domuz dñi
ibimus. Scdm Mattheũ. xi.
IN illo tpe. Cum audiſſet
iohẽs in vinculis opa xpi
mittẽs duos de diſcipulis ſuis
ait illi. Tu es qui vẽturꝰ es: an
aliuz expectamꝰ? Et reſpõdẽs
ieſus ait illis. Eũtes renũciate
iohãni que audiſtis ꝛ vidiſtis.
Ceci vidẽt: claudi ambulãt: le-
proſi mũdant. Surdi audiũt
mortui reſurgũt: paupes euan
gelizant. Et btũs eſt qui non
fuerit ſcãdalizatus in me. Illis
aũt abeũtibus: cepit ieſus dice
re ad turbas de iohãne. Quid
exiſtis in deſertũ videre. Arun
dinem vento agitatã? Sed qd
exiſtis videre hoiem. mollibꝰ
veſtitũ? ecce qui mollibꝰ veſtiã
tur in domibꝰ regũ ſunt. Sed
quid exiſtis videre? Prophaz
Etiã dico vobis: ꝛ pluſq̃ pphe
tam. Hic eſt eñ de quo ſcriptũ
eſt. Ecce ego mitto angelũ me
um ante faciem tuam qui ppa
rabit viam ante te. Offer. Deꝰ
tu cõuertens viuificabis nos ꝛ
plebs tua letabit in te: oſtẽde
nobis dñe miam tuã: ꝛ saluta-
re tuũ da nobis. Secreta
PLacare qs dñe humilitatꝭ
noſtre precibus ꝛ hoſtijs:
et vbi nulla ſuppetũt ſuffragia
meritoruz: tuis nobis ſuccurre
ſubſidijs. Per dñz. Cõio. Hie
ruſalem ſurge ꝛ ſta in excelſo ꝛ
vide iocunditatẽ que veniet ti-
bi a deo tuo. Poſtcõmunio.
REpleti cibo ſpiritalis ali-
monie ſupplices te dñe de
pcamur: vt huius participatõe
myſterij doceas nos tña de-
ſpicere: ꝛ amare celeſtia. Per.
Dñica. iiij. de aduẽtu. Statio
ad ſcm̃ petrũ. Intro.
GAudete in dño ſep:
iterũz dico gaudete:
modeſtia vr̃a nota ſit oibꝰ hoi
bꝰ: dñs ppe ẽ: nihil ſolliciti ſitꝭ
ſz i oi orõe petitiões vr̃e ĩnote
ſcant apud deũ. Ps. Et pax dei

q̄ exupat oēz ſenſum cuſtodiat
corda vr̄a ⁊ itelligētias vr̄as. ℣
AUrē tuā q̄s Oro. Gl'a
dn̄e p̄cib⁹ nr̄is accōmoda
et mentis nr̄e tenebras gr̄a tue
viſitatiōis illuſtra. Qui viuis
Ep'la ad philippenſes. iiii. ca.
FRatres. Gaudete in dn̄o
ſemp: iterū dico gaudete:
modeſtia vr̄a nota ſit oīb⁹ hōi
bus: dn̄s em̄ ,ppe eſt. Nihil ſol
liciti ſitis: ſed in oī orone ⁊ ob
ſecratione cū grar̄ū actione pe
titiones veſtre innoteſcāt apud
deū. Et pax dei q̄ exupat oēm
ſenſuz cuſtodiat corda veſtra ⁊
intelligentias vr̄as. In chriſto
ieſu dn̄o nr̄o. Grad. Qui ſe-
des dn̄e ſup cherubī excita po
tētiā tuā ⁊ veni. ℣. Qui reg̃ iſr̄l'
intēde q̄ deducis velut ouē io-
ſeph Allā. ℣. Excita dn̄e potē
tiam tuā et veni vt ſaluos faci-
as nos. Scd̄m Iohannē. i. ca.
IN illo tpe. Miſerūt iudei
ab hieroſolymis ſacerdotes
et leuitas ad iohannē vt inter-
rogarēt eū. Tu quis es. Et cō
feſſus eſt ⁊ nō negauit. Et con
feſſus eſt q: nō ſum ego xp̄us.
Et interrogauerunt eū. Quid
ergo. Helias es tu? Et dixit.
Non ſum. Propha es tu? Et
rn̄dit. Non. Dixerūt ergo ei:
Quis es? vt reſpōſum demus
his q̄ miſerūt nos. Quid dicis
de teipo? Ait. Ego vox clamā
tis in deſerto: dirigite viā dn̄i:
ſicut dixit yſaias ,ppheta. Et q̄
miſſi fuerāt erāt ex iudeis. Et
interrogauerūt eū et dixerunt
ei. Quid ergo baptizas ſi tu
nō es xp̄s: neq3 helias neq3 ,p-
pheta? Rn̄dit eis iohannes di
cēs. Ego baptizo in aq̄: medi⁹
aūt vr̄m ſtetit quē vos neſcitis
Ipe eſt q̄ poſt me vētur⁹ ē: q̄ an̄
me fact⁹ eſt: cui⁹ nō ſum dignus
vt ſoluā eius corrigiā calciamē
ti. Hec in bethania facta ſunt
trās iordanē vbi erat iohānes
baptizans. Offer. Bn̄dixiſti
dn̄e ťrā tuā auertiſti captiuita-
tē iacob remiſiſti iniq̄tatē plebi
DEuotionis Secre tue.
nr̄e tibi q̄s dn̄e hoſtia iu-
giť imolet: ⁊ ſacri pagat iſtitu-
ta myſterij: ⁊ ſalutare tuū no-
bis mirabilr̄ opeť. Per. Cōio
Dicite puſillanimes ꝯfortami
ni ⁊ nolite timere: ecce de⁹ nr̄ ve
niet et ſaluabit nos. Poſtcōio
IMploram⁹ dn̄e clemētiam
tuā: vt hec diuina ſubſidia a vi-
tijs expiatos ad feſta ventura
nos p̄parēt. Per Feria. iiij. q̄t
tuor tēpor de aduētu. Statio
ad ſctāz mariā maiorē. Intro.

R Oꝛate celi deſuper ⁊
nubes pluãt iuſtum :
aperiat t̃ra ⁊ germi-
net ſaluatoꝛem. Ps. Et iuſtitia
oꝛiat ſimul: ego dñs creaui eã.
℣. Gloꝛia. Quãdocunqꝫ vna
pꝛophetia vel plures dicuntur
ãte ep̃lam: ad orõnẽ cuiuſlibet
pꝛophetie abſolute dicit ſacer
dos Oꝛemꝰ. ⁊ dyaconus ſi in
officio dyaconatꝰ ſeruiat. Fle
ctamꝰ genua Leuate Alioqui
ip̃e ſacerdos. excepto ꝙ in ſab
bato ſcõ ad orõnẽ poſt ꝑphiaꝫ
Nabuchodonoſoꝛ: ⁊ i vigilia
penth. ⁊ in q̃ttuoꝛ tp̃ibꝰ penth.
nõ dr̃ Flectamꝰ ge. excepto etiã
ꝙ ad orõnẽ q̃ ꝑmo ſequit vl
timã ꝑphetiã dr̃ Dñs vobiſcũ
ſine Flectamꝰ genua. Qua ora
tione finita fiat debite cõmẽo-
ratiões. Legũt aũt ꝑphie ſine
tit. tribꝰ diebꝰ tm̃. ſ. i paraſceue
ſabbato ſcõ ⁊ ſabbato in vigil.
pẽth Oꝛemꝰ. Flectamꝰ. Orõ

P Reſta q̃s oĩps deus: vt re
dẽptionis nr̃e vẽtura ſolẽ
nitas et p̃ſentis nobis vite ſub
ſidia cõferat: ⁊ eterne btĩtudĩs
pꝛemia largiat. Per dominũ.

Lectio yſaie ꝑphete. ii. ca.

I N diebus illis. Dixit yſa-
ias ꝑpheta. Erit in nouiſſi-
mis diebus p̃paratꝰ mons do-
mus dñi in vertice mõtiũ: ⁊ ele
uabit ſup̲ colles: ⁊ fluẽt ad eũ
oẽs gẽtes: ⁊ ibũt populi mul-
ti et dicent. Venite aſcẽdamus
ad mõtẽ dñi: ⁊ ad domũ dei ia
cob: et docebit nos vias ſuas:
⁊ ambulabimꝰ in ſemitis eius:
q: de ſyon exibit lex: et verbuꝫ
dñi de hierl̃m. Et iudicabit gẽ
tes ⁊ arguet populos multos.
Et cõflabunt gladios ſuos in
vomeres: et lãceas ſuas in fal-
ces. Non leuabit gẽs cõtra gẽ
tem gladiũ: nec exercebunt vl-
tra ad p̃liũ. Domꝰ iacob vẽite
ambulemus in lumine dñi dei
noſtri. Grad. Tollite poꝛtas
pꝛĩcipes vr̃as ⁊ eleuamini poꝛ
te eternales: ⁊ ĩtroibit rex glĩe
℣. Quis aſcẽdet in montẽ dñi
aut q̃s ſtabit in loco ſcõ eiꝰ: in-
nocẽs manibus ⁊ mũdo coꝛde
Hic dr̃. ℣. Dñs vobiſcum. ſine
Flectamꝰ genua Leuate. Orõ

F Eſtina queſumus dñe ne
tardaueris: et auxiliũ no-
bis ſuperne virtutis impende:
vt aduentus tui conſolationi-
bus ſubleuentur qui in tua pie
tate ꝯfidũt. Qui viuis. Lectio
yſaie pꝛophete. vii. capitulo.

I N diebꝰ illis. Locutus eſt
dñs ad achaz dicẽs. Pete ti
bi ſignum a dño deo tuo in ꝓ-

fundū inferni ſiue in excelſum
ſupꝛa. Et dixit achaz. Nō pe
tam ⁊ nō tentabo dn̄m. Et di
xit. Audite ergo domꝰ dauid.
Nūquid parū eſt vobis mole
ſtos eē hōibus: q: moleſti eſtis
et deo meo? Propt̄ hoc dabit
dn̄s ip̄e vobis ſignū. Ecce v̓go
cōcipiet ⁊ pariet filium ⁊ voca
bitur nomē eiꝰ emanuel. Bu
tirū ⁊ mel comedet: vt ſciat re
pꝛobare malū ⁊ eligere bonū.
Grad. Pꝛope eſt dn̄s omībus
inuocātibus eū: oībus q̄ inuo
cant eū in veritate. ℣. Laudem
dn̄i loquet̄ os meū: ⁊ bn̄dicat
oīs caro nomen ſanctum eius.

Sc̄dm Lucam.i.capitulo.

In illo tp̄e. Miſſus eſt āge
lus gabꝛiel a deo in ciuitatem
galilee cui nomē nazareth ad
virginē deſpōſatā viro cui no
men erat ioſeph de domo da
uid: ⁊ nomen virginis maria.
Et ingreſſus angelus ad eam
dixit. Aue gr̄a plena dn̄s tecū
bn̄dicta tu in mulieribꝰ. Que
cū audiſſet turbata eſt ī ſermo
ne eius: ⁊ cogitabat qualis eēt
iſta ſalutatio Et ait angelus ei
Ne timeas maria: inueniſti
eīm gr̄am apud deū. Ecce cōci
pies in vtero ⁊ paries filium ⁊
vocabis nomen eius ieſū. Hic
erit magnus: ⁊ filius altiſſimi
vocabit̄. Et dabit illi dn̄s deꝰ
ſedē dauid pr̄is eius: ⁊ regna
bit in domo iacob in eternū:
et regni eiꝰ nō erit finis. Dixit
aūt maria ad āgelū. Quō fiet
iſtud qm̄ virū nō cognoſco. Et
rn̄dens angelꝰ dixit ei. Sp̄us
ſanctꝰ ſuꝑueniet in te: ⁊ virtus
altiſſimi obūbꝛabit tibi. Ideo
q₃ et quod naſcet̄ ex te ſanctū
vocabit̄ filiꝰ dei Et ecce heliza
beth cognata tua ⁊ ip̄a cōcepit
filiū in ſenectute ſua. Et hic mē
ſis eſt ſextus illi q̄ vocat̄ ſterilꝭ
q: nō erit impoſſibile apud de
um om̄e verbū. Dixit aūt ma
ria. Ecce ancilla dn̄i: fiat mihi
ſcđm v̓bū tuū. Offer. Cōfoꝛta
mini ⁊ iā nolite timere: ecce eīm
deꝰ nr̄ retribuet iudiciū: ip̄e ve
niet ⁊ ſaluos nos faciet. Secr.
Accepta tibi ſint q̄s domi
ne nr̄a ieiunia q̄ ⁊ expian
do nos tua gr̄a dignos efficiāt
et ad ſempit̄na ꝓmiſſa ꝑducāt.
Per. Cōio. Ecce v̓go cōcipi
et ⁊ pariet filiū: ⁊ vocabitur no
men eius emanuel. Poſtcōio.
Salutaris tui dn̄e munere
ſatiati ſupplices depꝛeca
mur: vt cuius letamur guſtu: re
nouemur effectu. Per dn̄m.
Feria.vi.q̄ttuoꝛ tp̄m. Statio

ad sctōs. xii. apl'os. Introitus.
PRope esto domine: et oēs vie tue vitas: initio cognoui de te stimonijs tuis: q: in eternuz tu es. ps. Bti immaculati in via q ambulāt in lege dñi. v. Glīa
Excita q̄s dñe potē Oro tiā tuā et veni: vt hi qui in tua pietate cōfidunt: ab omni citi' aduersitate liberent. Qui viuis. Lectio ysaie pphe. xi. ca.
HEc dicit dñs deus. Egredief virga de radice iesse et flos de radice eius ascendet. Et requiescet sup eū spūs dñi: spūs sapiētie et intellect': spūs consilij et fortitudinis: spūs scientie et pietatis. Et replebit eū spūs timoris dñi. Nō fm visionē oculoꝝ iudicabit: neq fm auditū auriū arguet: sed iudicabit i iustitia paupes: et argu et in equitate, p mansuetis tre. Et percutiet terraz virga oris sui: et spū labiorum suoꝝ interficiet impiū. Et erit iustitia cingulum lumboꝝ eius: et fides cinctorium renuz eius. Grad.
Ostēde nobis dñe miam tuā: et salutare tuum da nobis. v. Benedixisti dñe terram tuaz auertisti captiuitatem iacob.
Scdm Lucam. i. capitulo.
IN illo tēpe. Exurgēs maria abijt in mōtana cū festinatione in ciuitatē iuda: et intrauit in domū zacharie: et salutauit helizabet. Et factū ē vt audiuit salutationē marie helizabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spūscō helizabet: et exclamauit voce magna et dixit. Bñdicta tu inter mulieres: et bñdictus fruct' ventris tui. Et vnde mihi h: vt veniat mater dñi mei ad me. Ecce eñi vt facta est vox salutationis tue in auribus meis: exultauit in gaudio infans i vtero meo. Et beata q credidisti: qm pficienf in te que dicta sūt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat anima mea dñm: et exultauit spūs meus in deo salutari meo. Offer. Deus tu conuertens viuificabis nos: et plebs tua letabif in te: ostēde nobis domine miam tuaz: et salutare tuum da nobis. Secreta.
MUneribus nrīs q̄s dñe p cibusq susceptis: et celestibus nos mūda mysterijs: et clementer exaudi. Per. Cōmu.
Ecce dñs veniet et oēs sci eius cū eo: erit i die illa lux magna
TUa nos dñe Postcōio. sacramenti libatio sancta

reſtauret: ⁊ a vetuſtate purga-
tos in myſterij ſalutaris faciat
tranſire conſoꝛtium. Per dñm
Sabbato quattuoꝛ tempoꝛũ.
Statio ad ſcm̃ petrũ. Introit⁹
VEni et oſtẽde nobis
faciẽ tuã dñe q̃ ſedes
ſup cherubin et ſalui
erimus. ps. Qui regis iſrael i
tende: qui deducis velut ouem
ioſeph. ℣. Gloꝛia prĩ ⁊ filio et
ſpũi ſancto. Oꝛem⁹. Flectam⁹
genua Leuate. Oratio.
DEus q̃ cõſpicis q: ex nr̃a
prauitate affligimur: con
cede propitius: vt ex tua viſita
tione conſolemur. Qui viuis.
Lectio yſaie prophete. xix. ca.
IN diebus illis. Clamabũt
ad dñm a facie tribulantis:
⁊ mittet eis ſaluatoꝛem ⁊ ꝓpu-
gnatoꝛẽ qui liberet eos. Et co
gnoſcetur dñs ab egypto: ⁊ co
gnoſcẽt egyptij dñm in die illa
et colent eũ in beſtijs ⁊ muneri
bus: et vota vouebũt dño ⁊ ſol
uent. Et percutiet dñs egyptũ
plaga ⁊ ſanabit eos. Et reuer
tent̃ ad dñꝫ ⁊ placabit̃ eis. Et
ſanabit eos dñs deus noſter.
Grad. A ſummo celo egreſſio
eius: ⁊ occurſus ei⁹ vſqꝫ ad ſũ-
mũ eius. ℣. Celi enarrãt gl̃iaꝫ
dei ⁊ opa manuũ eius annũci-
at firmamẽtũ. Oꝛem⁹. Flecta-
mus genua Leuate. Oratio.
COncede q̃s oꝑs deus: vt
q̃ ſub peccati iugo ex vetu
ſta ſeruitute deprimimur: expe
ctata vnigeniti filij tui noua na
tiuitate liberemur. Per eundẽ
Lectio yſaie prophete. xxxv. c.
HEc dicit dñs de⁹. Letabit̃
deſerta et inuia: ⁊ exulta-
bit ſolitudo: ⁊ floꝛebit quaſi li-
lium. Germinãs germinabit:
⁊ exultabit letabũda ⁊ laudãs
Gl̃ia libani datus eſt ei: decoꝛ
carmeli ⁊ ſaron. Ipſi videbunt
gl̃iam dñi: ⁊ decoꝛẽ dei noſtri.
Cõfoꝛtate manus diſſolutas:
et genua debilia roboꝛate. Di
cite puſillanimes: cõfoꝛtamini
et nolite timere. Ecce deus nr̃
vltionẽ adducet retributionis:
deus ipe veniet ⁊ ſaluabit nos
Tunc aperient̃ oculi cecoꝝ: et
aures ſurdoꝛũ patebũt. Tunc
ſaliet ſicut ceruus claudus: ⁊ a
perta erit ligua mutoꝝ. Quia
ſciſſe ſunt in deſerto aque: ⁊ toꝛ
rentes in ſolitudine. Et q̃ erat
arida in ſtagnũ: ⁊ ſitiẽs in fon-
tes aquarũ. Ait dñs oĩpotens
Grad. In ſole poſuit taberna
culũ ſuũ ⁊ ipe tanꝙ ſpõſus ꝓ-
cedẽs de thalamo ſuo. ℣. A ſũ
mo celo egreſſio ei⁹ ⁊ occurſus

eiꝰ vſq3 ad ſummū eiꝰ. Oꝛemꝰ
Flectamꝰ ge. Leuate. Oro
INdignos nos q̄s dn̄e fa-
mulos tuos quos actiōis ꝓ
pꝛie culpa contriſtat: vnigeniti
filij tui aduentu letifica. Per.
Lectio yſaie ꝓphete. xl. capi.
HEc dicit dn̄s deus. Sup
montē excelſum aſcende
tu qui euāgelizas ſyon. Exal-
ta in foꝛtitudine vocē tuaz qui
euāgelizas hierl'z. Exalta noli
timere: dic ciuitatibꝰ iude Ecce
deus vr̄: ecce dn̄s deꝰ in foꝛtitu
dine veniet: ⁊ bꝛachiū eius do
minabit̄. Ecce merces eius cū
eo. ⁊ opus illiꝰ coꝛā ip̄o. Sicut
paſtoꝛ gregē ſuū paſcet: ⁊ ī bꝛa
chio ſuo cōgregabit agnos: ⁊ ī
ſinu ſuo leuabit eos dn̄s deꝰ nr̄
Grad. Dn̄e deus virtutū con-
uerte nos: ⁊ oſ̄nde faciē tuam ⁊
ſalui erimꝰ ℣. Excita dn̄e po-
tentiā tuā ⁊ veni: vt ſaluos faci
as nos. Oꝛemꝰ. Flecta. ge. Le.
PReſta q̄s op̄s Oro
deus: vt filij tui vētura ſo
lemnitas: ⁊ pꝛeſentis nobis vite
remedia conferat: et pꝛemia
eterna concedat. Per eundem
Lectio yſaie pꝛophete. xlv. ca.
HEc dicit dn̄s deus. Xp̄o
meo cyro cuius app̄hēdi
dexterā vt ſubijciā ante faciem
eius gētes: ⁊ doꝛſa regū vertaz
Et aperiā coꝛam eo ianuas: ⁊
poꝛte nō claudent̄. Ego añ te
ibo ⁊ glorioſos terre hūiliabo
Portas ereas conterā ⁊ vectes
ferreos confringā. Et dabo ti-
bi theſauros abſcōditos: et ar-
cana ſecretoꝝ reuelabo: vt ſci-
as qꝛ ego dn̄s qui voco nomen
tuū deus iſrael ꝓpter iacob ſer
uum meū: ⁊ iſrael electū meū.
Et vocaui te nomine meo: aſſi
milaui te et nō cognouiſti me.
Ego dn̄s et nō ē ampliꝰ: extra
me nō eſt deus. Accinxi te ⁊ nō
cognouiſti me vt ſciant hi ꝙ ab
ortu ſolis et ꝙ ab occidēte qm̄
abſq3 me nō eſt deus. Ego do
minus ⁊ nō eſt alter: foꝛmans
lucem ⁊ creās tenebꝛas faciens
pacem ⁊ creās malū. Ego dn̄s
faciens oīa hec. Roꝛate celi de
ſup ⁊ nubes pluāt iuſtū: apiat̄
terra ⁊ germinet ſaluatoꝛē. Et
iuſtitia oꝛiat̄ ſil': ego dn̄s crea-
ui eā Grad. Excita dn̄e potē
tiā tuā ⁊ veni vt ſaluos facias
nos. Qui regis iſrl' itēde: ꝙ de
ducis velut ouē ioſeph: ꝙ ſedes
ſup cherubī appare coꝛā effraī
bēiamin ⁊ manaſſe. Oꝛemus.
Flectamꝰ genua Leuate. Oro
PReces populi tui q̄s dn̄e
clemēter exaudi: vt ꝙ iuſte

pro peccatis noſtris affligimur: pietatis tue viſitatione conſolemur. Qui viuis. Lectio Danielis prophete. iij. capitulo.

IN diebus illis. Angelꝰ domini deſcendit cū azaria et ſocijs eius in fornace ⁊ excuſſit flammā ignis de fornace: ⁊ fecit mediū fornacis quaſi vētuꝫ roris flantē. Flāma aūt diffuſa eſt ſup fornacē cubitis q̄dragintanouē: ⁊ incendit quos reperit iuxta fornacē de chaldeiſ miniſtros regis qui eā incēdebant. Illos aūt nō tetigit oīno ignis neq̨ cōtriſtauit: nec q̄c q̄ moleſtie intulit. Tūc hi tres q̄ſi ex vno ore laudabāt ⁊ glorificabant ⁊ bn̄dicebant deuꝫ in fornace dicētes. Hymnus.

BEnedictus es dn̄e deꝰ patrū noſtroꝝ. ℟. Et laudabilis ⁊ glorioſus i ſecula. ℣. Et benedictū nomē gl'ie tue qd̕ eſt ſanctū. ℟. Et laudabile ⁊ glorioſum in ſecula. ℣. Bn̄dictus es i templo ſancto gl'ie tue. ℟. Et laudabilis. ℣. Benedictuſ es ſup thronū ſactū regni tui. ℟. Et laudabilis. ℣. Bn̄dictꝰ es ſup ſceptrū diuinitatis. ℟. Et laudabilis ℣. Bn̄dictꝰ es qui ſedes ſup cherubin intuēs abyſſos. ℟. Et laudabilis. ℣. Benedictus es qui ambulas ſuper pēnas vētorum ⁊ ſup vndas maris. ℟. Et laudabil'. ℣. Bn̄dicāt te om̄s angeli ſancti tui. ℟. Et laudēt te ⁊ glorificēt in ſecula. ℣. Benedicāt te celi et terra mare ⁊ oīa que in eis ſunt. ℟. Et laudēt te ⁊ glorificent in ſecula. ℣. Gl'ia patri et filio ⁊ ſpūiſancto. ℟. Et laudabili ⁊ glorioſo in ſecula. ℣. Sicut erat in principio ⁊ nūc ⁊ ſp ⁊ in ſecula ſeculoꝝ amē. ℟. Et laudabili et glorioſo in ſecula Reincipit. ℣. Bn̄dictꝰ es dn̄e deꝰ patrū nr̄oꝝ. ℟. Et laudabil' ⁊ glorioſus in ſecula. Hic dr ℣. Dn̄s vobiſcū. ſine Flectamꝰ ge.

DEus q̄ tribꝰ pueris mitigaſti flāmā ignīū: concede ꝓpitiꝰ: vt nos famulos tuos nō exurat flāma vitioꝝ. Per. Oro. Epl'a ad Theſſalon. ij. c.

FRatres Rogamus vos ꝑ aduētum dn̄i noſtri ih'u xp̄i et nr̄e cōgregationis in idipm̄: vt non cito moueamini a veſtro ſenſu: neqꝫ terreamini: neqꝫ per ſpm̄: neqꝫ per ſermonē: neqꝫ ꝑ epl'am tanq̄ ꝑ nos miſſaꝫ q̄ſi inſtet dies dn̄i. Ne q̄s vos ſeducat vllo modo: qm̄ niſi venerit diſceſſio primuꝫ et reuelatꝰ fuerit hō pcti filiꝰ ꝑdi-

tionis q̇ aduerſaꝶ ⁊ extollitur
ſupꝛa oē qḋ ḋ: deꝰ aut qḋ coliꝶ
itavt in tēplo dei ſedeat oñdēs
ſe tāq̄ ſit deꝰ. Nō retinetis ꝙ
cū adhuc eſſem apud vos h̄ di
cebā vobis. Et nūc q̇d detine-
at ſcitis vt reueleꝶ in ſuo tēpe.
Nā myſteriū iā opaꝶ iniq̇ta-
tis tm̄:vt q̇ tꝫ nūc teneat:donec
de medio fiat. Et tūc reuelabi
tur ille iniquꝰ quē dn̄s ieſus in
terficiet ſpū oꝛis ſui:⁊ deſtruet
illuſtratiōe aduētꝰ ſui. Tracꝰ
Qui regis iſrl' intēde:q̇ dedu-
cis velut ouem ioſeph. ℣. Qui
ſedes ſup cherubin appare co-
ram effraim beniamin et ma-
naſſe. ℣. Excita dn̄e potentiaꝫ
tuam et veni vt ſaluos facias
nos. Scdm Lucam.iij.capl.

Anno q̇ntodecimo impe
rij tiberij ceſaris,pcurāte
poncio pilato iudeā:tetrarcha
autē galilee herode:philippo
autē fratre eiꝰ tetrarcha ituree
et traconitidis regionis ⁊ liſa-
nia abiline tetrarcha: ſub pꝛin
cipibꝰ ſacerdotū āna ⁊ caypha
factū eſt verbū dn̄i ſup iohānē
zacharie filiū in deſerto. Et ve
nit in omnē regionē ioꝛdanis
pꝛedicās baptiſmū penitentie
in remiſſionē peccatoꝛuꝫ:ſicut
ſcriptum eſt in libꝛo ſermonuꝫ
yſaie pphete. Vox clamātis in
deſerto:parate viā dn̄i: rectas
facite ſemitas eiꝰ. Ois vallis
implebiꝶ:⁊ oīs mons ⁊ collis
humiliabiꝶ. Et erunt pꝛaua ī
directa:⁊ aſpera ī vias planas
Et videbit omīs caro ſalutare
dei. Offert. Exulta ſatis filia
ſyon pꝛedica filia hieruſalem:
ecce rex tuus veniet tibi ſan-
ctus et ſaluatoꝛ. Secreta.

Sacrificijs pꝛeſentibꝰ que-
ſumus dn̄e placatus intē-
de:vt et deuotioni noſtre pꝛofi
ciant ⁊ ſaluti. Per dominum.
Cōio. Exultauit vt gygas ad
currendam viam a ſummo ce-
lo egreſſio eius:⁊ occurſus eiꝰ
vſq; ad ſummū eius. Poſtcō.

Queſumus dn̄e deus nr̄ vt
ſacroſancta myſteria que
p reparationis nr̄e munimine
cōtuliſti:⁊ pꝛeſens nobis reme
diū eſſe facias ⁊ futuruꝫ. Per.
Dn̄ica.iiij de aduētu. Statio
ad ſcōs duodecī aplo's. Intro.

Rorate celi deſuper:
et nubes pluāt iuſtū
aperiaꝶ terra ⁊ ger-
minet ſaluatoꝛē. Ps. Et iuſtitia
oꝛiaꝶ ſimul:ego dominꝰ creaui
eum. ℣. Gloꝛia patri. Oratio

Excita q̄s dn̄e potentiā tu
am ⁊ veni:⁊ magna nobis

virtute ſuccurre: vt per auxiliũ
gratie tue qđ nr̃a peccata p̃pe-
diunt indulgentia tue propitia
tionis acceleret. Qui viuis et.
Epiſtola ad Corinth. i. ca. iiij.
FRatres. Sic nos exiſtĩet
homo vt miniſtros xp̃i et
diſpẽſatores miniſterioꝝ̃ dei.
Hic iã querit̃ inter diſpẽſato-
res vt fidelis q̇s ĩueniat̃. Mi
hi aũt p mĩmo eſt vt a vobis iu
dicer aut ab hũano die: ſed nẽ
qꝫ meip̃m iudico. Nihil eniꝫ
mihi cõſcius ſum: ſed nõ ĩ hoc
iuſtificatus ſum. Qui aũt iudi
cat me dñs eſt. Itaqꝫ nolite añ
tp̃s iudicare: quoadusqꝫ vẽiat
dñs q̇ et illuminabit abſcõdita
tenebrarũ: ⁊ manifeſtabit cõſi-
lia cordiũ ⁊ tũc laus erit vnicui
qꝫ a deo. Grad. Prope ẽ dñs
oĩbus inuocãtibꝰ eũ: oĩbus q̇ ĩ
uocãt eũ in veritate. ℣. Laudẽ
dñi loquet̃ os meuꝫ ⁊ bñdicat
oĩs caro nomẽ ſcm̃ eius. Alla.
℣. Veni domĩe ⁊ noli tardare
relaxa facinora plebi tue iſrl̃.
Euangeliũ. Anno q̇ntodecĩo
Require in ſabbato p̃cedenti.
Offert. Aue maria grã plena
dñs tecũ bñdicta tu ĩ mulieribꝰ
et bñdictꝰ fructus ventris tui.
SAcrificijs p̃ſen Secreta
tibꝰ q̃s dñe placatꝰ intẽde

vt et deuotioni nr̃e proficiãt ⁊
saluti. Per. Cõio. Ecce virgo
cõcipiet ⁊ pariet filiũ ⁊ vocabit̃
nomẽ eius emanuel. Poſtcõ.
SUmptis muneribus dñe
queſumus: vt cum frequẽ
tatione myſterij creſcat noſtre
ſalutis effectus. Per dominũ.
Notandũ ꝙ ſi vigilia natiui-
tatis dñi venerit in dñica: totũ
officiũ miſſe fit de vigilia cum
cõmẽoratiõe dñice. Itẽ ſi feſtũ
nati. dñi venerit in dñica q̃ttu
or tẽpoꝝ celebrant̃ in penultĩa
hebd. q: tũc ſabbato p̄rimo añ
natiuitatẽ agit̃ officiũ de vigi-
lia nati. dñi. Statio ad ſanctã
mariã maiorem. Introitus
HOdie ſcietis q: veni
et dñs ⁊ ſaluabit nos
et mane videbit̃ glo
riã eius. p̃s. Dñi eſt terra ⁊ ple
nitudo eius: orbis terrarum et
vniuerſi qui habitant in eo. ℣.
Gloria patri ⁊ filio. Oratio
DEus qui nos redemptio-
nis noſtre annua expecta
tione letificas: preſta vt vnige-
nitum tuũ quẽ redemptorẽ leti
ſuſcipimus: veniẽtẽ ꝙ̃ iudicẽ
ſecuri videamus. Qui tecum.
Hec oratio tñ dicitur niſi vigi
lia venerit in dominica. Ep̃la
ad Romanos. i. capitulo

FRatres. Paulus ſeru' ie-
ſu xp̄i vocat' apl's ſegrega
tus in euangeliū dei quod āte
ꝓmiſerat p̄ ꝓphētas ſuos in ſcri-
pturis ſanctis de filio ſuo: q̄ fa-
ctus eſt ei ex ſemine dauid ſm̄
carnē. Qui p̄deſtinatus eſt fili
us dei in v̄tute ſm̄ ſpm̄ ſanctifi
cationis ex reſurrectiōe mortu
orum ieſu xp̄i dñi nr̄i: per quē
accepimus gratiā ꝛ apl'atū ad
obediēdū fidei in oībus genti
bus, p noīe eius: in q̄bus eſtis
ꝛ vos vocati ieſu xp̄i dñi noſtri
Grad. Hodie ſcietis q̄ꝛ veniet
dñs et ſaluabit nos: et mane vi
debitis gl'iam eius. ℣. Qui re-
gis iſrael intēde: q̄ deducis ve-
lut ouē ioſeph qui ſedes ſuper
cherubin appare corā effraim
beniamin et manaſſe. Alla. ℣.
Craſtina die delebit̄ iniquitas
terre: ꝛ regnabit ſup nos ſalua
tor mūdi. Sed nō dicit̄ Alla.
niſi vigilia venerit i dominica
Scdm Mattheū. i. capitulo.
CUm eſſet deſponſata ma-
ter ieſu maria ioſeph āte-
q̄ cōuenirēt inuēta eſt in vtero
habēs de ſpūſctō. Joſeph aūt
vir eius cū eſſet iuſtus: ꝛ nollet
eā traducere: voluit occulte di
mittere eā. Hec aūt eo cogitan
te: ecce angelus dñi in ſomnis
apparuit ei dicēs. Joſeph fili
dauid noli timere accipe mari
am cōiugem tuā. Quod eñ in
ea natum eſt de ſpūſancto eſt.
Pariet aūt filiū: ꝛ vocabis no
mē ei' ieſum. Ipſe eñ ſaluum
faciet populū ſuū a pctīs eoꝝ
Offer. Tollite portas princi-
pes vr̄as ꝛ eleuamini porte et̄
nales ꝛ itroibit rex gl'ie. Secr.
DA nobis q̄s oēs deus: vt
ſicut adorāda filij tui na-
talitia p̄uenimus: ſic eius mu-
nera capiamus ſempit̄na gau
dētes. Per. Cōio. Reuelabit̄
gl'ia dñi: ꝛ videbit oīs caro ſa-
lutare dei noſtri. Poſtcōio
DA nobis q̄s dñe vnigeniti
filij tui recenſita natiuita
te reſpirare: cuius celeſti myſte
rio paſcimur ꝛ potamur. Per
eūdē. In natiuitate dñi i p̄ria
miſſa. Statio ad ſctām mariā
maiorē ad p̄ſepe. Introitus.
DOmin' dixit ad me
filius me' es tu ego
hodie genui te. ps.
Quare fremuerūt gētes et ppl'i
meditati ſunt inania. ℣. Gl'ia
DEus q̄ hāc ſacra Orō.
tiſſimā noctē veri luminis
feciſti illuſtratōe clareſcere: da
q̄s vt cui' lucis myſteria in t̄ra
cognouim': ei' quoq; gaudijs

in celo ꝑfruamur. Qui tecū.

Epiſtola ad Titum.ij.caplo.

CHariſſime. Apparuit gra
tia dei ſaluatoꝛis nr̄i om
nib⁹ hoīb⁹ erudiēs nos vt ab
negātes impietateꝫ ⁊ ſecularia
deſideria ſobꝛie et iuſte et pie
viuam⁹ in hoc ſeculo expectā
tes beatā ſpem: et aduētū glo
rie magni dei ⁊ ſaluatoꝛis nr̄i
ieſu xp̄i. Qui dedit ſemetipm̄
ꝓ nobis: vt nos redimeret ab
omni iniq̄tate: ⁊ mūdaret ſibi
populū acceptabilē ſectatoꝛeꝫ
bonoꝝ operū. Hec loq̄re et
exhoꝛtare. In xp̄o ieſu domi
no noſtro. Grad. Tecū pꝛinci
piū in die ꝟtutis tue in ſplēdo
ribus ſanctoꝝ ex vtero ante lu
ciferum genui te. ℣. Dixit dñs
dño meo ſede a dextris meis:
donec ponā inimicos tuos ſca
bellū pedū tuoꝝ. Allā. ℣. Dñs
dixit ad me fili⁹ me⁹ es tu: ego
hodie genui te. Scdꝫ lucā.ij.

IN illo tēpe. Exijt edictū a
ceſare auguſto vt deſcribe
retur vniuerſus oꝛbis. Hec de
ſcriptio pꝛima facta eſt a p̄ſide
ſyꝛie cyꝛino. Et ibant oēs vt
ꝓfiterent ſinguli in ſuā ciuita
tē. Aſcēdit aūt ⁊ ioſeph a gali
lea de ciuitate nazareth in iu
deā ciuitatē dauid que vocat
bethleem eo q̄ eſſet de domo
⁊ familia dauid: vt pꝛofitere
tur cum maria deſpōſata ſibi
vxoꝛe pꝛegnāte. Factū eſt aūt
cū eſſent ibi ipleti ſunt dies vt
pareret: ⁊ peperit filiū ſuū pꝛi
mogenitū: ⁊ pānis eū inuoluit
et reclinauit eū in pꝛeſepio: q꞉
nō erat ei locus in diuerſoꝛio
Et paſtoꝛes erāt i regiōe eadē
vigilātes ⁊ cuſtodiētes vigilias
noct ſup̄ gregē ſuū. Et ecce āge
l⁹ dñi ſtetit iux illos ⁊ claritas
dei circūfulſit illos ⁊ timuerūt
timoꝛe magno. Et dixit ill' āge
l⁹. Nolite timere: ecce ei euāgeli
ꝫo vobis gaudiū magnū quod
erit oī ppl'o: q꞉ nat⁹ ē nobis ho
die ſaluatoꝛ q̄ ē xp̄s dñs i ciui
tate dd̄. Et h̄ vobis ſignū. In
uenie͛t īfantē pānis īuolutū: ⁊
poſitū i p̄ſepio. Et ſubito fcā
eſt cū āgelo multitudo militie
celeſtis exercit⁹ laudātiū deū ⁊
dicētiū. Glo'ia i altiſſimis deo:
⁊ i terra pax hoīb⁹ bone vo
lūtatis. Et dr̄. Credo. Offer.
Letent celi ⁊ exultet terra āte
faciē dñi qm̄ venit. Secreta

ACcepta tibi ſit dñe q̄s ho
dierne feſtiuitat oblatio
vt tua grā largiēte p h̄ ſacroſā
cta myſteria in illi⁹ inueniam
foꝛma in quo tecū eſt nr̄a ſub

ſtantia. Qui tecū. Prefatio. Eterne deus. Qr p incarnati verbi. Et dicit quotidie vſq ad epiphaniā dñi ĩfra actōez. Cōicātes ⁊ noctē ſacratiſſimā celebrātes. Et dr vſq ad octa. natiuitat tm incluſiue. Jn hac miſſa tm dr. Noctē. deinceps vero dicit Diē. Cōio. Jn ſplēdoribus ſanctoꝝ ex vtero āte luciferū genui te. Poſtcōio.

Da nobis qs dñe deus nr: vt q natiuitatē dñi noſtri ieſu xpi myſterijs nos frequētare gaudem⁹: dignis cōuerſationib⁹ ad eius mereamur puenire conſortium. Qui tecū.

Jn ſcda miſſa. Statio ad ſanctam anaſtaſiam. Introitus.

Lux fulgebit hodie ſup nos: qr natus eſt nobis dñs ⁊ vocabit admirabilis de⁹ princeps pacis pater futuri ſecli cui⁹ regni nō erit finis. ps Dñs regnauit decorē indutus eſt: indut⁹ eſt dominus fortitudinē et precinxit ſe. ℣. Gloria patri. Oratio.

Da nobis qs ops de⁹: vt q noua ĩcarnati ṽbi tui luce pfundim̄: h in nr̄o reſplēdeat opere quod p fidē fulget in mente. Per eundē dominum.

Epiſtola ad Titum. ij. caplo.

Cariſſime. Apparuit benignitas ⁊ humanitas ſaluatoris nr̄i dei nō ex operib⁹ iuſtitie q fecimus nos: ſed ſm ſuā miām ſaluos nos fecit: p lauacrū regnatiōis ⁊ renouationis ſpūſſancti: quē effudit ĩ nobis abūde p ieſum xpm ſaluatorem noſtrū. Ut iuſtificati grā ipſius heredes ſimus ſm ſpem vite eterne. Jn xpo ieſu dño nr̄o. Grad. Benedictus q venit in noīe dñi deus dñs ⁊ illuxit nobis. ℣. A dño fcm̄ ē iſtud ⁊ eſt mirabile ĩ oculis noſtris Alla. ℣. Dñs regnauit decorē induit: induit dñs fortitudinē ⁊ pcinxit ſe ṽtute. Scdꝫ lucā. ij. c.

Jn illo tpe. Paſtores loqbant ad inuicem. Trāſeam⁹ vſq bethleē ⁊ videamus h ṽbū qd factū eſt qd fecitdñs ⁊ oñdit nobis. Et venerunt feſtinātes ⁊ inuenerūt mariā ⁊ ioſeph: ⁊ infantē poſitū in pſepio. Uidētes aūt cognouerūt de ṽbo qd dictū erat ill' de puero h. Et oēs q audierūt mirati ſunt: ⁊ de his que dicta erāt a paſtorib⁹ ad ipos. Maria aūt cōſeruabat oīa ṽba h conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores laudātes et glorificātes deū in oībus que

audierāt ⁊ viderāt: ſicut dictū
eſt ad illos. Offer. Deꝰ em̄ fir-
mauit orbē terre q̄ nō cōmoue
bit: parata ſedes tua deus ex
tūc a ſeculo tu es. Secreta.
MUnera nr̄a q̄s dn̄e nati-
uitatis hodierne myſte-
rijs apta ꝑueniāt: ⁊ pacē nobis
ſemꝑ infundāt: vt ſicut hō geni
tus idē refulſit deus: ſic nobis
h̄ terrena ſubſtātia cōferat qđ
diuinū ē. Per eūdē. Prefatio
Cōicātes. vt ſ. Cōio. Exulta fi-
lia ſyon: lauda hieruſalē: ecce
rex tuus venit ſanctus ⁊ ſalua
tor mundi Poſtcōmunio
HUius nos dn̄e ſacramēti
ſp nouitas natalis inſtau
ret: cuiꝰ natiuitas ſingularis hūa
nā repulit vetuſtatē. Per eūdē
Ad miſſā maiorē. Statio ad
ſanctā mariā maiorē. Introitꝰ
PUer natꝰ ē nobis:
et filius datꝰ eſt no-
bis: cuius imperiū
ſuꝑ humerum eius
⁊ vocabitur nomē eius magni
conſilij angelus. ps. Cātate do
mino canticū nouū: quia mira
bilia fecit. ℣. Glīa. Oratio.
COncede q̄s om̄ps deus: vt
nos vnigeniti tui noua ꝑ
carnē natiuitatis liberet: quos
ſub pctī iugo vetuſta ſeruitus
tenet. Per eundem. Epiſtola
ad Hebreos primo capitulo.
FRatres. Multifariā mul
tiſq; modis olim deus lo
quēs patribꝰ in ꝓphetis: nouiſſi
me diebꝰ iſtis locutꝰ eſt nobis ī
filio quē conſtituit heredē vni
uerſorū: ꝑ quem fecit et ſecula.
Qui cū ſit ſplendor glīe ⁊ figu
ra ſubſtātie eius: portāſq; oīa
verbo ꝟtutis ſue purgationē
peccatorū faciēs ſedet ad dexte
ram maieſtatis in excelſis. Tā
to melior angelis effectus: q̄to
differētius pre illis nomē here
ditauit. Cui em̄ dixit aliq̄n an
gelorū filius meꝰ es tu: ego ho-
die genui te. Et rurſum. Ego
ero illi in patrē: ⁊ ipſe erit mihi
in filiū. Et cū iterū introducit
primogenitū in orbē terre di-
cit Et adorēt eū om̄s āgeli dei
Et ad angelos q̄dē dicit. Qui
facit angelos ſuos ſpūs: ⁊ mi-
niſtros ſuos flammā ignis Ad
filiū aūt. Thronꝰ tuus deus in
ſeculum ſeculi: virga equitatis
virga regni tui. Dilexiſti iuſti-
tiā ⁊ odiſti iniq̄tatē: ꝓpterea vn-
xit te deꝰ deꝰ tuꝰ oleo exultatōis
ꝑ pticipibꝰ tuis. Et tu in prīci-
pio domine terram fundaſti:
et opera manuū tuarum ſunt
celi. Ipſi peribunt: tu autem ꝑ

manebis: ꝛ om̄s ſicut veſtimē-
tū veteraſcēt. Et velut amictū
mutabis eos: ꝛ mutabūt. Tu
aūt idem ip̄e es: et anni tui nō
deficient. Grad. Viderūt oēs
fines terre ſalutare dei noſtri:
iubilate deo oīs terra. ℣. No-
tū fecit dn̄s ſalutare ſuū ante
conſpectū gentiū reuelauit iu-
ſtitiam ſuā. All'a. ℣. Dies ſan-
ctificatus illuxit nobis venite
gētes ꝛ adorate dn̄m: q: hodie
deſcēdit lux magna ſup terrā.
Initiū ſci euāgelij ſm Jo. i. c.
IN principio erat verbū: et
verbū erat apud deū et de⁹
erat verbū. Hoc erat in princi
pio apud deū. Omnia p ip̄m
facta ſunt: ꝛ ſine ip̄o factū eſt
nihil. Quod factū eſt in ipſo
vita erat: ꝛ vita erat lux hoīm
Et lux in tenebris lucet: ꝛ tene
bre eam nō compꝓhenderunt.
Fuit homo miſſus a deo cui
nomē erat iohānes. Hic venit
in teſtimoniū vt teſtimonium
ꝑhiberet de lumine: vt oēs cre
derent per illū. Non erat ille
lux: ſed vt teſtimoniū ꝑhiberet
de lumine. Erat lux vera que
illuminat oēm hoīem veniētē
in hūc mundū. In mūdo erat
et mūdus per ip̄m factus eſt: ꝛ
mūdus eū nō cognouit. In ꝓ-
pria venit: ꝛ ſui eū non recepe
rūt. Quotquot aūt receperūt
eū dedit eis ptātem filios dei
fieri his q̄ credūt in noīe eius
Qui nō ex ſanguinibus: neq̄
ex voluptate carnis: neq̄ ex vo
lūtate viri: ſed ex deo nati ſūt.
Et verbū caro factū eſt ꝛ habi
tauit in nobis. Et vidim⁹ glo
riā eius: gl'iam q̄ſi vnigeniti a
patre plenū gratie ꝛ veritatis.
Et d: Credo. quotidie vſq̄ ad
oct. Offer. Tui ſūt celi et tua
eſt t'ra: orbē terrarū ꝛ plenitu
dinē ei⁹ tu fūdaſti: iuſtitia ꝛ iu
diciū ꝑparatio ſedis tue Secre.
OBlata dn̄e munera vni-
geniti tui natiuitate ſcifica
noſq̄ p hec a pctōꝝ nr̄oꝝ ma
culꝭ emūda. Per eundē. Prefa.
Cōicātes. vt ſupra. Cōio. Vi
derunt omnes fines terre ſalu
tare dei noſtri. Poſtcōmunio
PReſta q̄s oꝑs deus vt na
tus hodie ſaluator mūdi:
ſicut diuine generatiōis ē au-
ctor: ita et immortalitatis ſit
ip̄e largitor. Qui tecum viuit
In ſancti ſtephani pthomar-
tyris. Statio ad ſctm̄ ſtepha-
nū in celiomonte. Introitus.
ETēm ſederūt ꝑncipes
ꝛ aduerſum me loque
banꝰ ꝛ iniqui ꝑſecuti

ſunt me adiuua me dñe de' me
us: q: ſeruus tuus exercebaẗ i
tuis iuſtificatiõibus. ps. Btí
immaculati in via q̄ ambulãt
ĩ lege dñi. ℣. Gloria. Oratio.

DA nobis q̄s dñe imitari
quod colim⁹: vt diſcam⁹
et inimicos diligere: q: ei⁹ na-
talitia celebram⁹: q̄ nouit etiã
pro pſecutoribus exorare dñz
noſtrũ ieſum xp̄m filium tuũ.
Qui tecũ. Et fit cõmẽoratio
de natitate. Orõ. Cõcede q̄s.

Lectio actuuz aploꝝ. vi. capi.

IN diebus illis. Stephan⁹
aũt plenus grã ⁊ fortitudĩe
faciebat pdigia ⁊ ſigna magna
in populo. Surrexerũt autez
quidã de ſynagoga q̄ appella
batur libertinoꝝ ⁊ cyreneñſiuz
et alexandrinoꝝ: ⁊ eoꝝ q̄ erãt
a cilitia ⁊ aſia diſputãtes cum
ſtephano: ⁊ nõ poterãt reſiſte-
re ſapiẽe ⁊ ſpũi qui loquebaẗ.
Audiẽtes aũt hec diſſecaban
tur cordibus ſuis: ⁊ ſtridebãt
dentibus in eũ. Cum aũt eſſet
ſtephanus plenus ſpũſancto:
intendens in celũ vidit gl'iam
dei: ⁊ ieſum ſtantem a dextris
dei: ⁊ ait. Ecce video celos ap
tos: ⁊ filiũ hoĩs ſtantẽ a dex-
tris vtutis dei. Exclamantes
aũt voce magna continuerũt
aures ſuas ⁊ impetũ fecerunt
vnanimiter in eũ. Et eiiciẽtes
eum extra ciuitatẽ lapidabãt.
Et teſtes depoſuerũt veſtimẽ
ta ſua ſecus pedes adoleſcẽtis
qui vocabaẗ ſaul⁹. Et lapida-
bant ſtephanũ inuocantẽ ⁊ di
centẽ. Dñe ieſu accipe ſpiritũz
meũ. Poſitis aũt genibus cla
mauit voce magna dicẽs. Do
mine ne ſtatuas illis hoc pctm̃
Et cũ h̃ dixiſſet obdormiuit ĩ
dño. Grad. Sederunt princi
pes ⁊ aduerſuz me loq̄banẗ ⁊
iniq̄ pſecuti ſũt me. ℣. Adiuua
me dñe deus meus ſaluuz me
fac pter miam tuaz. Alla. ℣.
Video celos apertos ⁊ ieſum
ſtantem a dextris virtutis dei

Secũ Mattheum. xxiij. ca.

IN illo tpe. Dixit ieſus tur.
bis iudeoꝝ ⁊ principibus ſa
cerdotum. Ecce ego mitto ad
vos pphas ⁊ ſapientes ⁊ ſcri-
bas: ⁊ ex illis occidetis ⁊ crucifi
getis: ⁊ ex eis flagellabitis ĩ ſyna
gogis vr̃is. Et pſequimini de ci
uitate in ciuitatẽ: vt veniat ſup
vos oĩs ſanguis iuſtus q̄ effu-
ſus eſt ſup trã a ſanguine abel
iuſti vſq3 ad ſanguinẽ zacharie
filij barachie quẽ occidiſtis in
ter templũ ⁊ altare. Amẽ dico
vobis: veniẽt hec oĩa ſup gene

ꝛationē iſtam. Hierlm̄ hierlm̄
q̄ occidis ꝓphetas : ⁊ lapidas
eos q̄ ad te miſſi ſunt. Quoti
ens volui cōgregare filios tu-
os quēadmodū gallina cōgre
gat pullos ſuos ſub alas: ⁊ no
luiſti. Ecce relinquetur vobis
dom⁹ vr̄a deſerta. Dico eñi vo
bis: nō me videbitꝭ āmodo do
nec dicatis. Bn̄dictus q̄ venit
in noīe dn̄i. Offer. Elegerunt
apl'i ſtephanū leuitā plenuz fi
de et ſpū ſctō: quē lapidauerūt
iudei orantē ⁊ dicētē: dn̄e ieſu
accipe ſpm̄ meū all'a. Secreta
SUſcipe dn̄e munera pro
tuoꝝ cōmemoratiōe ſan-
ctoꝝ: vt ſicut illos paſſio glo
rioſos efficit: ita nos deuotio
reddat innocuos. Per. Cōio.
Video celos aptos ⁊ ieſuz ſtā
tem a dextris v̄tutis dei: dn̄e
ieſu accipe ſpm̄ meū ⁊ ne ſtatu
as illis hoc peccatum: quia ne
ſciunt quid faciunt. Poſtcōio.
AUxilient nobis dn̄e ſum
pta myſteria: ⁊ intcedēte
btō ſtephāo martyre tuo ſem
pit̄na ꝓtectōe cōfirment. Per
dn̄z. In oct. ſci ſtephani. Oro
OMnipotēs ſempit̄ne de
us: q̄ primitias martyrū
ī beati leuite ſtephani ſangui-
ne dedicaſti: tribue q̄s: vt ꝓ no
bis interceſſor exiſtat: q̄ ꝓ ſuis
etiā ꝑſecutoribus exorauit do
minū noſtrū ieſum xp̄m filiū
tuū. Qui te. Secre. Suſcipe
dn̄e mu. Req̄re vt. s. Poſtcō.
Auxilient nobis do. In ſcti
iohannis apli ⁊ euagel. Statio
ad ſctāz mariā maiorē Intro.
IN medio eccl'ie aꝑuit
os eius: ⁊ impleuit eū
dn̄s ſpū ſapie ⁊ intelle-
ct⁹ ſtola gl'e iduit eū. ps. Bo
nū eſt confiteri dn̄o: ⁊ pſallere
nomini tuo altiſſime. v. Gl'ia
Eccleſiā tuā dn̄e Oro.
benignus illuſtra: vt bea-
ti iohannis apl'i tui ⁊ euange-
liſte illūīata doctrinis ad do
na ꝑueniat ſempiterna. Per.
Et fit cōmemoratio de natiui
tate ⁊ de ſancto ſtephano. Le-
ctio libri ſapientie. xv. cap'lo.
QUi timet deū faciet bōa:
⁊ q̄ cōtinēs ē iuſtitie app̄
hēdet illam: ⁊ obuiabit illi q̄ſi
mr̄ honorificata. Cibauit illū
pāe vite ⁊ itellect⁹: ⁊ aq̄ ſapie
ſalutarꝭ potabit illū. Et firma
bit̄ i illo ⁊ nō flectet̄ ⁊ ꝯtiebit
illū ⁊ nō ꝯfundet̄: ⁊ exaltabit
illū apd̄ ꝓximos ſuos. In me
dio eccl'ie apiet os ei⁹ ⁊ iplebit
eū dn̄s ſpū ſapie ⁊ itellect⁹ ⁊ ſto
lā gl'ie iduet eū. Iocūditatē ⁊

exultationē theſaurizabit ſup
eum. Et noīe eterno heredita
bit illū dñs deus nr̄. Grad.
Exijt ſermo inter fratres ꝙ di
ſcipul' ille nō morit. ℣. Sed
ſic eū volo manere donec veni
am: tu me ſeq̄re. Alla. ℣. Hic ē
diſcipul' ille q̄ teſtimoniū phi
bet de his: ⁊ ſcim' q: verū eſt te
ſtimoniū ei'. Scd̄m Joh. xx. c.

IN illo tpe. Dixit ieſus pe-
tro. Seq̄re me. Conuerſus
petr' vidit illū diſcipulū quē
diligebat ieſus ſequentē: qui ⁊
recubuit in cena ſup pect' eius
Et dixit. Dñe q̄s eſt q̄ tradet
te? Hūc ergo cū vidiſſet petr'
dixit ieſu. Dñe hic autē quid?
Dicit ei ieſus. Sic eū volo ma
nere donec veniā. Quid ad te
Tu me ſequere. Exijt ergo ſ-
mo inter fratres ꝙ diſcipulus
ille nō morit ⁊ nō dixit ei ihs
q: nō morit: ſz ſic eū volo ma
nere donec veniā: quid ad te?
Hic eſt diſcipul' ille q̄ teſtimo
niū phibet de his: ⁊ ſcripſit h̄.
Et ſcim' q: verū eſt teſtimoni-
um ei'. Offer. Juſt' vt palma
florebit ſicut cedrus q̄ in liba-
no eſt multiplicabit. Secreta

SUſcipe dñe munera que
in eius tibi ſolēnitate de-
ferimus cui' nos ꝯfidimus pa
trocinio liberari. Per dñm.
Coīo. Exijt ſmo inter frēs ꝙ
diſcipul' ille nō morit: ⁊ nō di
xit ihs nō morit: ſz ſic eū volo
manere donec veniā. Poſtcō.

REfecti cibo potuq; celeſti
de' noſter te ſupplices dep̄
camur: vt in cui' hec cōmemo-
ratione pcepimus eius munia
mur et precibus. Per dominū

In feſto ſanctoꝝ innocentium
Statio ad ſcm̄ paulū. Intro.

EX ore infantiū deus ⁊
lactētiū pfeciſti laudē
ppter inimicos tuos.
Ps. Dñe dñs nr̄ q̄ admirabile
eſt nomē tuū in vniuerſa terra
℣. Glia. Glia in excelſis deo.
nō dr̄ nec alla. nec Ite miſſa ē.
niſi hoc feſtū venerit in dñica:
ſed in octaua ſp dicunt. Oro.

DEus cuius hodierna die
pconiū innocētes marty
res nō loquēdo ſed moriendo
cōfeſſi ſunt: oīa in nobis vitio
rum mala mortifica: vt fidē tu
am quā lingua noſtra loquit
etiā moribus vita fateat. Per
Deinde fit cōmēoratio de na-
tiuitate ⁊ ſctō ſtephano ⁊ ſctō
iohāne. Lectio libri apocalip-
ſis bti Johannis aplī. xiiij. ca.

IN diebus illis. Vidi ſup
montē ſyon agnū ſtantē: et

cum eo centū q̄dragitaq̄ttuoꝛ milia habētes nomen eius:et nomē patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. Et audiui vocem de celo tanq̄ vocē aq̄rum multarū:ꝛ tanq̄ vocē tonitrui magni. Et vocem quam audiui ſicut citharedoꝝ citharizantium in citharis ſuis. Et cantabant quaſi canticū nouū ante ſedē dei ꝛ ante q̄ttuoꝛ aīalia ꝛ ſenioꝛes. Et nemo poterat dicere canticū niſi illa centū quadragintaq̄ttuoꝛ milia:q̄ empti ſunt de terra. Hi ſunt qui cuꝫ mulieribus nō ſunt coinq̄nati v̄gines em̄ ſunt. Hi ſequuntur agnū quocūq̄ ierit. Hi empti ſunt ex omibus p̄mitie deo ꝛ agno:ꝛ in oꝛe ipoꝝ nō eſt īuētum mendaciū. Sine macula em̄ ſunt an̄ thronū dei. Grad. Aīa nr̄a ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiū. ℣. Laq̄us cōtritus ē ꝛ nos liberati ſum᷒ adiutoriū noſtrū in noīe dn̄i: qui fecit celū ꝛ terraꝫ. All'a. ℣. Laudate pueri dn̄m: laudate nomē dn̄i. Tractus ſubſcript᷒ ſemꝑ dr̄:niſi hoc feſtū venerit i dn̄ica. In oct. v̄o nunq̄ dicit. Tractus Effuderūt ſanguinē ſuū velut aquā in circuitu hieruſalē. ℣. Et non erat q̄ ſepeliret. ℣. Uindica dn̄e ſanguineꝫ ſanctoꝝ tuoꝛū q̄ effuſus ē ſup terrā. Scd'm Mattheū.ij.ca.

In illo tp̄e. Angel᷒ dn̄i apparuit in ſomnis ioſeph dicens. Surge ꝛ accipe puerū ꝛ matrē eius:ꝛ fuge in egyptuꝫ: et eſto ibi vſq̄ dum dicam tibi Futurū eſt em̄ vt herodes querat puerū ad ꝑdēduꝫ eū. Qui cōſurgēs accepit puerū ꝛ matrē eius nocte:ꝛ receſſit in egyptum:ꝛ erat ibi vſq̄ ad obitū herodis:vt adimpleret q̄d dictū eſt a dn̄o ꝑ ꝓphetā dicentē Ex egypto vocaui filiū meū. Tūc herodes videns q̄m̄ illuſus eſſet a magis:irat᷒ eſt valde Et mittēs occidit oēs pueros q̄ erant in bethleē ꝛ in oībus finibus eius a bimatu ꝛ infra ſm̄ tp̄s q̄d exq̄ſierat a magis. Tūc adimpletū eſt q̄d dictuꝫ eſt ꝑ hieremiā ꝓphetā dicentē. Uox in rama audita eſt ploꝛatus ꝛ vllulatus multus:rachel ploꝛās filios ſuos:ꝛ noluit cōſolari q꞉ nō ſunt. Offer. Aīa nr̄a ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiū:laq̄us ꝯtritus ē ꝛ nos liberati ſum᷒. Secre.

Sanctoꝝ tuoꝝ nobis dn̄e pia nō deſit oꝛo:q̄ et muneral nr̄a cōcilict:et tuā nobis

indulgentiã ſp obtineat. Per. Cõio. Vox in rama audita ē ploratus ⁊ vlulatus mult⁹: rachel plorãs filios ſuos ⁊ noluit cõſolari q: nõ ſunt. Poſtcõ.

VOtiua dñe dona pcepimus q̄ ſanctoꝝ nobis pcibus ⁊ pſentis q̄s vite pariter ⁊ eterne tribue conferre ſubſidium. Per. In ſancti thome epiſcopi ⁊ martyris. Introitus.

GAudeam⁹ oēs ī dño diē feſtū celebrātes ſub honore btī thome martyris de cui⁹ paſſione gaudēt angeli ⁊ collaudant filiū dei. ps. Exultate iuſti ī dño rectos decet collaudatio. ℣. Glia. Orō

DEus pro cuius eccl'ia glorioſus pontifex thomas gladijs impioꝝ occubuit: pſta q̄s: vt oēs qui eius implorant auxiliū petitionis ſue ſalutarem cõſequantur effectū. Per. Et fit cōmēoratio de octauis. Epiſtola ad Hebreos. v. ca.

FRatres. Oīs nāq3 pontifex ex hoībus aſſumptus p hoībus cõſtituit in his qui ſunt āte deū vt offerat dona ⁊ ſacrificia p pctis. Qui cõdolere poſſit his q̄ ignorant ⁊ errāt: qm̄ ⁊ ipē circūdat⁹ eſt infirmitate. Et ppterea debet quēadmodū p poplo: ita etiā ⁊ p ſemetipſo offerre p pctis. Nec quiſq̄ ſibi ſumit honorē: ſ3 q̄ vocat a deo tanq̄ aarō. Sic et xp̄us nō ſemetipm clarificauit vt pōtifex fieret: ſed q̄ locutus eſt ad deū: filius meus es tu: ego hodie genui te. Quēadmodū ⁊ ī alio loco dicit Tu es ſacerdos in eternū ſm ordinē melchiſedech. Grad. Ecce ſacerdos magnus q̄ in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt īuētus ſilis illi q̄ cōſuaret legē excelſi Alla. ℣. Ego ſū paſtor bon⁹ ⁊ cognoſco oues meas et cognoſcūt me mee. Euāgeliū. Ego ſum paſtor bon⁹. Requre in dñica prima poſt octauam paſche. Offert. Poſuiſti dñe ſuper caput eius coronam de lapide precioſo: vitam petijt a te ⁊ tribuiſti ei alla. Secreta.

MUnera tibi q̄s dñe dicata ſanctifica: ⁊ intercedēte btō thoma martyre tuo atq3 pōtifice p eadē nos placat⁹ intende. Per. Cōio. Ego ſū paſtor bon⁹ alleluya: ⁊ cognoſco oues meas ⁊ cognoſcūt me mee alleluya alla. Poſtcōio.

HEc nos cōio dñe purget a crimine: ⁊ intercedente beato thoma martyre tuo at-

q̄ pontifice celestis remedij fa
ciat esse consortes. Per dn̄m.
Si festū natiuitatis dn̄i: sācti
stephani: sancti iohānis euan
geliste: sctōꝝ innocētiū vel sctī
thome martyris venerit ī dn̄i
ca: ipō die nihil fit de dn̄ica: sꝫ
die primo post festū scī thome
martyris fit officiū dn̄ice. De
dn̄ica vō q̄ tūc venerit in oct.
festi nihil penit⁹ agit̄. Eo āno
quo natiuitas dn̄i venerit die
lune ī sabbato sequēti fiat of-
ficiū de nati. totalr̄. s. de missa
maiori p̄ter epl'aꝫ p̄ qua dicit̄
Apparuit beignitas ꝛc. Et euā
geliū de quo or. Pastores loq-
bant̄. Dominica infra octauā
natiuitatis dn̄i. Introitus.
DUm medū silentiū te
nerēt oīa: ꝛ nox ī suo
cursu mediū iter habe
ret oṗs ꝑmo tuus dn̄e de celis
a regalibus sedibus venit. Ps.
Dn̄s regnauit decorē indutus
est: idutus est dn̄s fortitudinē
et p̄cinxit se. ℣. Gl'ia. Oratio
OMnipotens sempiterne
deus dirige actus nr̄os ī
beneplacito tuo: vt in nomine
dilecti filij tui mereām̄ bonis
opibus abūdare. Per eundē.
Et fit cōmēoratio de octauis
Epistola ad Galathas. iiij. c.

HRes. Quāto tēpe heres
paruul⁹ est: nihil differt a
ꝑuo cum sit dn̄s oīum: sed sub
tutoribus ꝛ actoribus est vsqꝫ
ad p̄finituꝫ tp̄s a patre. Ita ꝛ
nos cū essem⁹ p̄uuli: sub elemē
tis mūdi hui⁹ eramus ꝑuiētes
At vbi venit plenitudo tēpis:
misit deus filiū suū factum ex
muliere: factuꝫ sub lege vt eos
qui sub lege erāt redimeret: vt
adoptionē filioꝝ reciperemus.
Qm̄ aūt estis filij dei: misit de
us sp̄m filij sui in corda vestra
clamantē: abba pr̄. Itaqꝫ iam
nō est ꝑuus sed filius: q̄ si fili⁹
ꝛ heres p̄ deū. Grad. Specio
sus forma p̄ filijs hoīm: diffu-
sa ē gr̄a in labijs tuis. ℣. Eru-
ctauit cor meuꝫ v̄buꝫ bonum
dico ego opa mea regi: ligua
mea calam⁹ scribe velocit̄ scri-
bentis. All'a. ℣. Dn̄s regnauit
decorē induit: induit dn̄s for-
titudinē ꝛ p̄cinxit se v̄tute. Se
IN illo tp̄e cūdū lucā. ij. c.
Erant ioseph ꝛ maria mat̄
iesu mirātes sup̄ his q̄ dicebā
tur de illo. Et bn̄dixit illis sy-
meō: ꝛ dixit ad mariā matreꝫ
eius. Ecce positus est h̄ in rui
nā ꝛ in resurrectionē mltoꝝ in
isrl': ꝛ ī signū cui p̄dicet̄. Et tu
am ip̄i⁹ aīaꝫ ꝑtrāsibit gladi⁹ vt

reuelent̄ ex multis cordib⁹ co-
gitationes. Et erat anna pphe
tiſſa filia phanuel de tribu a-
ſer. Hec pceſſerat in dieb⁹ illis
et vixerat cum viro ſuo annis
ſeptē a virginitate ſua. Et hec
vidua erat vſq; ad annos octo
gitaq̄ttuor: que nō diſcedebat
de templo ieiunijs ⁊ obſecra-
tionib⁹: ſeruiēs deo die ac no-
cte Et hec ipa hora ſupueniēs
confitebat̄ dn̄o: ⁊ loquebatur
de illo oibus qui expectabant
redēptionē iſrl'. Et vt pfecerūt
oia ſm legez dn̄i: reuerſi ſunt
in galileā in ciuitatē ſuā naza
reth. Puer aūt creſcebat ⁊ cō-
fortabat̄ plenus ſapia. Et gr̄a
dei erat in illo. Offer. De⁹ em̄
firmauit orbē terre q̄ nō cōmo
uebit̄: parata ſedes tua de⁹ ex
tunc a ſeculo tu es. Secreta.

Concede q̄s ops deus: vt
oculis tue maieſtatis mu
nus oblatū et gr̄am nobis pie
deuotionis obtineat: ⁊ effectū
beate pēnitatis acquirat. Per
Cōio. Tolle puerū ⁊ mr̄ez ei⁹
⁊ vade i terrā iuda: defūcti ſūt
eni qui querebāt animā pueri

Per huius dn̄e Poſtcōio
opationē myſterij: ⁊ vitia
noſtra purgent̄: ⁊ iuſta deſide
ria compleant̄. Pet dominū.

In ſancti ſilueſtri pape et con-
feſſoris. Introitus

Sacerdotes tui dn̄e in
duant iuſtitiā: et ſcti
tui exultent: ppter dauid ſuū
tuū nō auertas faciem xpi tui
Ps. Memento domine dauid
et omnis manſuetudinis eius
℣. Gloria patri. Oratio.

Da q̄s ops deus: vt beati
ſilueſtri cōfeſſoris tui atq;
pontificis veneranda ſolenni-
tas et deuotionem nobis au-
geat et ſalutem. Per dominū.
Et fit cōmēoratio de octaua.
Epiſtola. Teſtificor corā deo
Require in cōi vni⁹ cōfeſſoris
pōtificiſ. Grad. Ecce ſacerdoſ
magn⁹ q̄ in diebus ſuis placuit
dabo vobis coꝛ carneū: ⁊ ſpm̄
meū ponā in medio vrï. Et fa
ciā vt in p̄ceptis meis ambule‑
tis: ⁊ iudicia mea cuſtodiatis: ⁊
operemini. Et habitabitis in
terra quā dedi patrib⁹ veſtris
et eritis mihi i pplm: ⁊ ego ero
vobis in deū. Dicit dñs oṗs.
Graduale. Uenite filij audite
me timoꝛē dñi docebo vos. ℣.
Accedite ad eū ⁊ illuminamini
⁊ facies vrē nō cōfundēt. Hic
dicitur. Dñs vobiſcum. Sine
Flectamus genua. Oratio.

Preſta q̄s oṗs deus: vt q̄s
ieiunia votiua caſtigāt ipſa
quoq; deuotio ſancta letificet:
vt terrenis affectib⁹ mitigatis
facilius celeſtia capiam⁹. Per.
Lectio eſaie pphete primo ca.

Hec dicit dñs. Lauamini:
mūdi eſtote: auferte malū
cogitōnū vrarū ab oculis meis
Quieſcite agere pverſe: diſcite
bene facere. Querite iudiciū
ſubuenite opp̄ſſo: iudicate pu
pillo: defendite viduā: ⁊ venite
et arguite me dicit dñs. Si fu‑
erint peccata veſtra vt coccinū
quaſi nix dealbabunt. Et ſi fu
erint rubra quaſi vermiculus:
velut lana alba erūt. Si volue
ritis ⁊ audieritis me: bona terre
comedetis. Dicit dñs omnipo‑
tens. Grad. Btā gens cuius
eſt dñs de⁹ eoꝝ pplˢ quē elegit
dñs in hereditatē ſibi. ℣. Uer‑
bo dñi celi firmati ſunt et ſpū
oris eius omīs virtus eoꝛum.
Scdm Johannē. ix. capitulo.

In illo tpe. Preteriens ihs
vidit hoiem cecū a natiuita‑
te. Et interrogauerūt eū diſci‑
puli eius. Rabbi q̄s peccauit
hic aut parētes ei⁹ vt cecus na‑
ſceretur. Rn̄dit ihs. Neq; hic
peccauit neq; p̄ētes ei⁹: ſ; vt ma
nifeſtent opa dei in illo. Me
optet opari opa ei⁹ q̄ miſit me
donec dies ē. Uenit nox qn̄ ne
mo pōt opari. Quādiu in mū
do ſum: lux ſum mūdi. Hec cū
dixiſſet expuit in terrā: et fecit
lutū ex ſputo ⁊ liniuit lutū ſu
per oculos ei⁹ ⁊ dixit ei. Uade
⁊ lauare in natatoꝛia ſyloe: qđ
interp̄tat̄ miſſus. Abijt ergo ⁊
lauit: ⁊ venit videns. Itaq; vici
ni ⁊ q̄ viderāt eū prius q: men
dicus erat dicebāt. Nōne hic ē
q̄ ſedebat ⁊ mēdicabat? Alij di
cebāt q: hic ē: alij aūt. Neq̄q̄
ſed ſimilis eius eſt. Ille vero di

cebat. Quia ego ſum. Dicebāt
ergo ei. Quō apti ſūt tibi ocu-
li? Rn̄dit ille homo q̄ dicitur
ieſus lutū fecit: ⁊ vnxit oculos
meos: ⁊ dixit mihi. Uade ad
natatoria ſyloe ⁊ laua. Et abiȷ
⁊ laui ⁊ vidi. Dixerūt ergo ei.
Ubi eſt ille? Ait. Neſcio. Ad-
ducūt eū ad phariſeos q̄ cecus
fuerat. Erat aūt ſabbatū qn̄ lu
tum fecit ieſus: ⁊ apuit oculos
eius. Iterū ergo interrogabāt
eum phariſei quō vidiſſet. Ille
aūt dixit eis. Lutū poſuit mi-
hi ſuper oculos ⁊ laui ⁊ video.
Dicebāt ergo ex phariſeis qui
dā: nō ē hic hō a deo qui ſab-
batū nō cuſtodit. Aliȷ aūt dice
bāt. Quō pōt homo peccator
hec ſigna facere. Et ſciſma erat
inter eos. Dicūt ergo ceco ite-
rum. Tu q̄d dicis de eo q̄ apu
it oculos tuos? Ille autē dixit
q: ꝓpheta eſt. Nō crediderūt
ergo iudei de illo quia cecus fu
iſſet ⁊ vidiſſet: donec vocauerūt
parentes eius qui viderat. Et
interrogauerunt eos dicentes
Hic eſt filius veſter quē vos di
citis q: cecꝰ natꝰ eſt? Quō ergo
nūc videt. Rn̄derūt eis paren
tes eius ⁊ dixerūt. Scimꝰ q: h
eſt filius noſter: ⁊ q: cecꝰ natꝰ ē:
quō aūt nūc videat neſcimꝰ aut
quis eiꝰ aperuit oculos nos ne
ſcimꝰ. Ipſum interrogate: eta
tem hꝫ ipſe de ſe loquat. Hec
dixerūt parētes eius: q: time-
bāt iudeos. Iā eī cōſpirauerāt
iudei: vt ſi q̄s eū cōfiteret xp̄m
ex ſynagogā fieret. Propterea
parētes eiꝰ dixerūt q: etatē hꝫ
ip̄m interrogate. Uocauerunt
ergo rurſum hoīeꝫ qui fuerat.
cecus ⁊ dixerūt ei. Da gloriam
deo. Nos ſcimꝰ q: hic hō pec-
cator ē. Dixit ergo ille. Si pec
cator eſt neſcio: vnū ſcio: q: cuꝫ
eſſem cecꝰ: mō video. Dixerūt
ergo illi. Quid fecit tibi: quō
aperuit tibi oculos? Rn̄dit eis
Dixi vobis iam ⁊ audiſtis q̄d
iterū vultis audire. Nūq̄d et
vos vultis diſcipuli eius fieri:
Maledixerūt ergo ei ⁊ dixe-
rūt. Tu diſcipulꝰ illius ſis: nos
aūt moyſi diſcipli ſumꝰ. Nos
ſcimꝰ q: moyſi locutꝰ ē deꝰ: hūc
aūt neſcimꝰ vnde ſit. Rn̄dit ille
homo ⁊ dixit eis. In hoc enim
mirabile ē: q: vos neſcit vnde
ſit: ⁊ apuit oculos meos. Sci-
mus autē q: pctōres deus non
audit: ſꝫ ſi q̄s dei cultor eſt ⁊ vo
luntatē eiꝰ facit hunc exaudit.
A ſeculo nō ē auditū q: apuit
q̄s oculos ceci nati. Niſi eſſet
hic a deo non poterat facere

quicq̃. Reſpõderũt ⁊ dixerũt
ei. In pctis natus es totus ⁊ tu
doces nos. Et eiecerũt eũ foras
Audiuit ieſus q: eiecerũt eum
foras: ⁊ cuꝫ inueniſſet eũ dixit
ei. Tu credis in filiũ dei? Rñ
dit ille et dixit. Quis eſt domi
ne vt credã in eum? Et dixit ei
ieſus. Et vidiſti eum: ⁊ qui lo-
quit̃ tecum ipſe eſt. At ille ait.
Credo dñe. Et pcidẽs adora-
uit eum. Offer. Bñdicite gen
tes dñm deuꝫ nr̃m: ⁊ obaudite
vocẽ laudis ei⁹: q: poſuit aĩam
meã ad vitã: ⁊ nõ dedit cõmo-
ueri pedes meos: bñdict⁹ dñs q̃
nõ amouit depcationẽ meã: et
mĩam ſuam a me. Secreta.

S Upplices te rogam⁹ opſ
deus: vt his ſacrificijs pec
cata nr̃a mũdent̃: q: tunc verã
nobis tribuis mẽtis ⁊ corporis
ſanitatẽ. Per. Cõio. Lutuꝫ fe
cit ex ſputo dominus ⁊ liniuit
ocl'os meos: ⁊ abij ⁊ laui ⁊ vidi
et credidi deo. Poſt cõmunio.

S Acramẽta que ſumpſim⁹
dñe deus nr̃: et ſpũalibus
nos repleant alimẽtis: ⁊ corpo
ralibus tueant̃ auxilijs. Per
dominũ. Sup pplin. Oratio

P Ateant aures mĩe tue dñe
pcibus ſupplicãtiũ: ⁊ vt pe
tẽtibus deſiderata ꝯcedas: fac
nos q̃ tibi placita ſunt poſtula
re. Per. Feria.v. Statio ad
ſanctũ Silueſtrũ. Introitus.

L Etet̃ cor q̃rẽtiũ dñm:
querite dñm ⁊ ꝯfirma
mini q̃rite faciẽ ei⁹ ſp.
ps. Cõfitemini dño ⁊ inuoca-
te nomẽ eius: ãnũtiate int̃ gen
tes opa eius. ℣. Gloria. Orõ

P Reſta q̃s opſ deus: vt q̃s
ieiunia votiua caſtigãt: ip
ſa q̃ꝫ deuotio ſancta letificet: vt
terrenis effectib⁹ mitigatis: fa-
cilius celeſtia capiamus. Per.
Lectio libri regum. iiij.ca.iiij.

I N diebus illis. Uenit mu-
lier ſunamitis ad heliſeũ in
montẽ carmeli. Cumq̃ꝫ vidiſſet
eã vir dei de contra: ait ad iezi
pueruꝫ ſuum. Ecce ſunamitis
illa. Uade ergo ĩ occurſum ei⁹
et dic ei. Recte ne agitur circa
te ⁊ circa filiũ tuũ? Que rñdit
Recte. Cũq̃ꝫ veniſſet ad virũ
dei in monteꝫ apphẽdit pedes
eius. Et acceſſit iezi vt amoue
ret eã. Et ait hõ dei. Dimitte
illã. Aĩa eñi eius in amaritudi
ne eſt ⁊ dñs celauit a me: ⁊ nõ ĩ
dicauit mihi. Que dixit illi.
Nunquid petiui filiuꝫ a dño
meo. Nũquid nõ dixi tibi ne
illudas me? Et ille ait ad iezi.
Accinge lumbos tuos et tolle

baculũ meũ in manu tua ⁊ va-
de. Si occurrerit tibi homo ñ
ſalutes eum: ⁊ ſi ſalutauerit te
quiſpiã non reſpõdeas illi. Et
pones baculum meũ ſuper fa
ciem pueri. Porro mat̃ pueri
ait. Viuit dominꝰ ⁊ viuit ani-
ma tua nõ dimittã te. Surre-
xit ergo ⁊ ſecutus eſt eaz. Jezi
autẽ precesſerat ante eos: ⁊ po
ſuerat baculũ ſup faciẽ pueri:
⁊ nõ erat vox neqꝫ ſenſus. Re
uerſuſqꝫ eſt iezi in occurſuz eiꝰ
et nũtiauit ei dicẽs. Non ſur-
rexit puer. Ingreſſus eſt ergo
heliſeꝰ domũ: et ecce puer mor
tuus iacebat in lectulo eiꝰ. In-
greſſuſqꝫ clauſit oſtium ſup ſe
et ſuper puerũ: ⁊ orauit ad do
minũ. Et aſcẽdit ⁊ incubuit ſu
per puerum: poſuitqꝫ os ſuuz
ſup os eius: et oculos ſuos ſup
oculos eius: ⁊ manus ſuas ſup
manus eius ⁊ incuruauit ſe ſu
per eũ: ⁊ calefacta eſt caro pue
ri. At ille reuerſus deambula-
uit in domo ſemel huc atqꝫ il-
luc. Et aſcendit ⁊ incubuit ſup
eum. Et oſſitauit puer ſepties
aperuitqꝫ oculos ſuos. At ille
vocauit iezi: et dixit ei. Voca
ſunamitẽ hanc. Que vocata i
greſſa aſt ad eũ. Cui ait. Tol-
le filiũ tuũ. Venit autez illa ⁊
corruit ad pedes eius: ⁊ adora
uit ſup terrã. Tullit filiũ ſuuz
et egreſſa eſt. Heliſeus vero re
uerſus eſt in galgala. Grad.
Reſpice dñe teſtamentũ tuũ ⁊
aĩas pauperũ tuorum ne obliui-
ſcaris in finem. ℣. Exurge do-
mine ⁊ iudica cauſam tuã: me
mor eſto opprobrij ſeruorum tu-
orum. Scdm Lucam. vij. cap.

In illo tpe. Ibat ieſus in ci
uitatez que vocat̃ naym: et
ibant cum eo diſcipuli eius: et
turba copioſa. Cũ aũt appro-
pinquaret porte ciuitatis: ecce
defunctus efferebat̃ filius vni
cus matris ſue. Et hec vidua
erat: ⁊ turba ciuitatis multa cũ
illa. Quam cuz vidiſſet domi
nus miſericordia motus ſup
eam: dixit illi. Noli flere. Et
acceſſit ⁊ tetigit loculũ. Hi aũt
qui portabãt: ſteterunt. Et ait.
Adoleſcẽs tibi dico ſurge. Et
reſedit qui erat mortuꝰ et cepit
loqui: ⁊ dedit illum matri ſue.
Accepit aũt om̃s timor et ma-
gnificabãt deũ dicẽtes. Quia
ꝓpheta magnꝰ ſurrexit in no-
bis. Et qr deus viſitauit plebẽ
ſuam. Offer. Dñe ad adiuuã
dum me feſtina: confundantur
omnes aduerſuz me q̃ cogitãt
ſeruis tuis mala. Secreta.

Purifica nos miſericors de⁹: vt eccleſie tue p̄ces que tibi grate ſunt pia munera deferētes: fiāt expiatis mētibus gratiores Per. Cōio. Dñe memorabor iuſtitie tue ſolius: de⁹ docuiſti me a iuuētute mea: et vſqꝫ in ſenectā ꝛ ſeniū deus ne derelinquas me. Poſt cōionē.

Celeſtia dona capiētibus q̄s domine nō ad iudiciū prouenire patiaris: que fidelibus tuis ad remedium prouidiſti. Per. Sup ppłm. Orō.

Populi tui de⁹ inſtituto: ꝛ rector: pctā quib⁹ ipugnat̄ expelle: vt ſemp tibi placitus ꝛ tuo munimine ſit ſecur⁹. Per.

Feria ſexta. Statio ad ſanctū Euſebiuꝫ. Introitus

Meditatio cordis mei in cōſpectu tuo ſemp dñe adiutor meus et redēptor meus. Pſ. Celi enarrāt gloriaꝫ dei ꝛ opa manuū ei⁹ annūtiat firmamentū. ℣. Gloria. Orō.

Deus q̄ ineffabilib⁹ mūdū renouas ſacramētis: p̄ſta q̄s vt eccleſia tua et eternis pficiat inſtitutis: ꝛ tēpalibus non deſtituat̄ auxilijs. Per dñm.

Lectio libri regum.iii.ca.xvii.

In diebus illis. Egrotauit fili⁹ mulieris mriſſamitias: et erat languor fortiſſimus: ita vt nō remaneret in eo halitus Dixit ergo ad heliam. Quid mihi ꝛ tibi vir dei? Ingreſſus es ad me vt rememorarent̄ iniquitates mee ꝛ iterficeres filiū meū. Et ait ad eaꝫ helias. Da mihi filiū tuū. Tullit eū de ſinu illi⁹ ꝛ portauit in cenaculū vbi ip̄e manebat et poſuit ſup lectū ſuū ꝛ clamauit ad dñm ꝛ dixit. Dñe deus meus etiaꝫ ne viduā apud quā ego vtcūqꝫ ſuſtentor afflixiſti vt interficeres filiū ei⁹. Et expādit ſe atqꝫ mēſus eſt ſup puerū trib⁹ vicibus: clamauitqꝫ ad dñꝫ ꝛ dixit. Domine de⁹ me⁹ reuertat̄ obſecrō aīa pueri huius in viſcera ei⁹. Exaudiuit aūt dñs vocē helie ꝛ reuerſa eſt aīa pueri intra eū et reuixit. Tullitqꝫ helias puerū et depoſuit eū de cenaculo ī iferiorē domū: ꝛ tradidit mrī ſue: ꝛ ait illi. En viuit fili⁹ tu⁹. Dixitqꝫ mulier ad heliā. Nūc ī iſto cognoui qm̄ vir dei es tu et ꝟbū dñi in ore tuo verū eſt.

Grad. Bonū ē ꝯfidere ī dño q̄ ꝯfidere in hoie. ℣. Bonū ē ſperare in domino q̄ ſpare in principib⁹. Sc̄dꝫ Johānē.xi.c.

In illo tpe. Erat quidā languens lazar⁹ a bethania de

caſtello marie ꝛ marthe ſororꝫ
eius. Maria aũt erat q̃ vnxit
dñm vnguēto ꝛ exterſit pedes
eius capillis ſuis. Cuiꝰ frater
lazarus infirmabat᷑. Miſerũt
ergo ſorores ad eum dicentes
Dñe ecce quē amas infirmat᷑.
Audiens autē ieſus dixit eis.
Infirmitas hec nõ eſt ad mor-
tem: ſed ꝓ gloria dei: vt glorifi
cetur filius dei per eã. Dilige-
bat aũt ieſus marthã ꝛ ſororē
eius mariã: et lazarum. Ut er
go audiuit q: infirmabat᷑ tũc
quidē mãſit in eodē loco duo-
bus diebus. Deinde poſt h̄ di
xit diſcipulis ſuis. Eamꝰ in iu-
deam iterũ. Dicũt ei diſcipuli
Rabbi nũc querebãt te iudei
lapidare: et iteruꝫ vadis illuc?
Rñdit ieſus. Nõne duodecim
hore ſunt diei. Si q̃s ambula
uerit in die nõ offendit: q̃a lu-
cem huius mũdi videt. Si aũt
ambulauerit in nocte offendit
quia lux nõ eſt in eo. Hec ait:
et poſt h̄ dicit eis. Lazarꝰ ami-
cus noſter dormit: ſed vado vt
a ſomnis excitē eum. Dixerũt
ergo diſcipuli eius. Dñe ſi dor-
mit ſaluus erit. Dixerat auteꝫ
ih̄s de morte eiꝰ: illi aũt puta-
uerũt q: de dormitione ſomni
diceret. Tũc ergo dixit eis ih̄s
manifeſte. Lazarꝰ mortuus eſt
ſed gaudeo ꝓpter vos vt creda
tis q̃m nõ eram ibi. Sꝫ eamꝰ
ad euꝫ. Dixit ergo thomas q̃
dicit᷑ didimus ad ꝯdiſcipulos
Eamus ꝛ nos ꝛ moriamur cũ
eo. Uenit itaq; ih̄s: ꝛ inuenit eũ
q̃ttuor dies iam in monumēto
habentem. Erat aũt bethania
iuxta hieroſolymã q̃ſi ſtadijs
q̃ndecim. Multi aũt ex iudeis
venerant ad marthã ꝛ mariam
vt cõſolarent᷑ eas de fratre ſuo
Martha ergo vt audiuit q: ie
ſus venit: occurrit illi. Maria
aũt domi ſedebat. Dixit ergo
martha ad ih̄m. Dñe ſi fuiſſes
hic frater meꝰ nõ fuiſſet mortu
us. Sed et nũc ſcio: q: q̃cunq;
popoſceris a deo dabit tibi de
us. Dicit illi ieſus. Reſurget
fr̃ tuꝰ. Dicit ei martha. Scio
q: reſurget in reſurrectione in
nouiſſimo die. Dicit ei ieſus.
Ego ſum reſurrectio et vita.
Qui credit in me: etiã ſi mor-
tuus fuerit viuet. Et oĩs qui vi
uit ꝛ credit in me: nõ morietur
in eternũ. Credis hoc? Ait illi
Utiq; dñe. Ego credidi q̃a tu
es xp̃s filiꝰ dei viui qui in hũc
mũdũ veniſti. Et cũ h̄ dixiſſet
abijt ꝛ vocauit mariã ſororem
ſuã ſilentio dicens. Magiſter

adeſt et vocat te. Illa autem vt
audiuit ſurrexit cito ⁊ venit ad
eum. Nondū eñi venerat ihs
in caſtellū: ſed erat adhuc in il
lo loco vbi occurrerat ei mar-
tha. Judei ergo qui erāt cū ea
in domo ⁊ cōſolabant̃ eā: cuȝ
vidiſſent mariam q: cito ſurre
xit ⁊ exijt: ſecuti ſunt eā dicen-
tes. Quia vadit ad monumen
tuȝ: vt ploret ibi. Maria ergo
cū veniſſet vbi erat ihs: vidēs
eum cecidit ad pedes eius: et
dixit ei. Dñe ſi fuiſſes hic: non
eſſet mortu⁹ frater me⁹. Jeſus
ergo vt vidit eam plorantē: et
iudeos qui venerāt cū ea plo-
rātes: īfremuit ſpū: ⁊ turbauit
ſemetipm̄ ⁊ dixit. Ubi poſui-
ſtis eū. Dicūt ei. Dñe veni ⁊ vi
de. Et lachrymat⁹ eſt ieſus. Di
xerūt ergo iudei. Ecce quomō
amabat eū. Quidā aūt ex ip-
ſis dixerūt. Nō poterat h̄ qui
aperuit oculos ceci nati facere vt
h̄ nō moreret̃. Ihs ergo rurſū
fremēs in ſemetipſo venit ad
monumētū. Erat aūt ſpelūca ⁊
lapis ſuppoſit⁹ erat ei. Ait ihs
Tollite lapidem. Dicit ei mar
tha ſoror ei⁹ qui mortu⁹ fuerat.
Dñe iam fetet q̄triduanus eſt
eſt. Dicit ei ieſus. Nōne dixi
tibi; qm̄ ſi credideris videbis
gloriā dei. Tulerūt ergo lapi-
dem. Jeſus autē eleuatis ocu
lis ſurſuȝ dixit. Pater gratias
ago tibi: qm̄ audiſti me. Ego
aūt ſciebaȝ q: ſemp̄ me audis:
ſȝ ,ppt̃ pplȝ q̄ circūſtat dixi vt
credāt q: tu me miſiſti. Hec cū
dixiſſet voce magna clamauit
Lazare veni foras. Et ſtatiȝ ,p
dijt qui fuerat mortu⁹: ligatus
man⁹ ⁊ pedes inſtitis: ⁊ facies
illi⁹ ſudario erat ligata. Dixit
eis ieſus. Soluite eū et ſinite
abire. Multi ergo ex iudeis q̄
venerant ad mariā ⁊ marthā
et viderāt q̄ fecit ieſus credide
runt in eū. Offer. Populū hu
milē ſaluū facies dñe: ⁊ oculos
ſupboꝝ humiliabis: qm̄ quis
deus preter te dñe. Secreta.

Munera nos q̄s dñe obla
ta purificēt ⁊ te nobis iu
giter faciāt eſſe placatuȝ. Per
Cōio. Uidēs dñs flētes ſoro-
res lazari ad monumētum: la
chrymat⁹ ē corā iudeis ⁊ clama
bat: lazare veni foras: ⁊ ,pdijt li
gat⁹ manib⁹ ⁊ pedib⁹: q̄ fuerat
q̄triduan⁹ mortuus. Poſt cōio

Hec nos q̄s dñe participa
tio sacramēti ⁊ a proprijs
reatibus indeſinēter expediat
et ab oībus tueatur aduerſis.
Per. Super populū. Oratio

PA q̃s ops deus: vt q̃ infir
mitatis noſtre conſcij de
virtute tua ↄfidimus: ſub tua
ſp pietate gaudeam⁹. Per do.

Sabbato. Statio ad ſanctuȝ
nicolaum. Introitus.

SItiẽtes venite ad aq̃s
dicit dñs: ꝛ q̃ nõ habe
tis preciũ venite ꝛ bibite cũ le-
titia. ps. Attẽdite popl'e meus
legẽ meã: inclinate aurẽ vr̃aȝ i
verba oris mei. ℣. Glia. Oro

FIat dñe q̃s per gratiam
tuã fructuoſus nr̃e deuo-
tionis affect⁹: q: tũc nobis ꝓde
rũt ſuſcepta ieiunia: ſi tua ſint
placita pietati. Per dominuȝ

Lectio eſaie ꝓphete. xlix. cap.

HEc dicit dñs. In tpe placi
to exaudiui te: ꝛ in die ſa
lutis auxiliat⁹ ſum tui. Et ſua
ui te: ꝛ dedi te in fedus populi
vt ſuſcitares terrã ꝛ poſſideres
hereditates diſſipatas: vt dice
res his qui vincti ſunt exite: et
his q̃ i tenebris ſunt reuelami
ni. Sup vias paſcent ꝛ in oĩ
bus planis paſcua eorũ. Non
eſuriẽt neq; ſitiẽt: ꝛ nõ ꝑcutiet
eos eſtus ꝛ ſol: q: miſerator re-
get eos ꝛ ad fontes aquarũ po
tabit eos: ꝛ ponaȝ oẽs mõtes
meos in viã: ꝛ ſemite mee exal
tabũt. Ecce iſti d lõge veniẽt:
et ecce ab aq̃lone ꝛ mari: ꝛ iſti
a terra auſtrali. Laudate celi ꝛ
exultet terra: iubilate montes
laudẽ: q: cõſolatus eſt dñs po-
pulum ſuũ: ꝛ pauperum ſuoꝝ
miſerebit. Et dixit ſyõ. Dere-
linq̃t me dñs: ꝛ dñs oblitus eſt
mei. Nũquid obliuiſci poteſt
mulier infantẽ ſuũ: vt nõ miſe-
reatur filio vteri ſui. Et ſi illa
oblita fuerit: ego tñ nõ obliui-
ſcar tui. Dicit dñs ops. Grad

Tibi dñe derelict⁹ eſt paup: pu
pillo tu eris adiutor. ℣. Ut qd
dñe receſſiſti longe: deſpicis in
opptunitatibus in tribulatiõe
Dum ſupbit impius incendit
pauper. Sedm Johẽm. viij. c.

IN illo tpe. Dicebat ihs tur
bis iudeoruȝ. Ego ſum lux
mũdi. Qui ſequit me nõ am-
bulat in tenebris: ſed habebit
lumẽ vite. Dixerũt ergo ei pha
riſei. Tu de teipo teſtimoniuȝ
phibes: teſtimoniũ tuũ nõ eſt
verũ. Rñdit ieſus et dixit eis.
Et ſi ego teſtimoniũ phibeo d
meipo: verum eſt teſtimoniuȝ
meuȝ: q: ſcio vnde veni et q̃ va
do. Vos aũt neſcitis vnde ve-
nio aut q̃ vado. Vos ſm car-
nem iudicatis: ego non iudico
quẽq;. Et ſi ego iudico iudiciũ
meũ verũ eſt: q: ſolus nõ ſum:

ſed ego et q̄ miſit me pater. Et
in lege veſtra ſcriptū eſt: q: du-
orum hoīm teſtimoniū veruꝫ
eſt. Ego ſum qui teſtimonium
ꝑhibeo de meipſo: ⁊ teſtioniuꝫ
ꝑhibet de me q̄ miſit me pater
Dicebant ergo ei. Ubi eſt pat
tu⁹? Rn̄dit iħs. Neqꝫ me ſcitis:
neqꝫ prēm meū. Si me ſciretis
forſitan et patrē meuꝫ ſciretis.
Hec v̄ba locut⁹ eſt ieſus in ga-
zophilatio docēs in tēplo. Et
nemo apprehēdit eū q: nōdū ve-
nerat hora ei⁹. Offer. Fact⁹ eſt
dn̄s firmamētū meū ⁊ refugiū
meū ⁊ liberator me⁹ ſꝑabo i eū

Oblationibus Secreta
nr̄is q̄s dn̄e placare ſuſce-
ptis ⁊ ad te nr̄as etiā rebelles
cōpelle ꝓpiti⁹ volūtates. Per.
Cōio. Dominus regit me ⁊ ni-
hil mihi deerit: in loco paſcue
ibi me collocauit: ſuꝑ aquā re-
fectionis educauit me. Poſt cō

Tua nos domīe queſum⁹
ſancta purificēt: et opera-
tionis ſue remedio tibi faciant
eſſe placatos. Per dominum.

Super populū. Oratio
Deus qui ſperātibus in te
miſereri potius eligis q̄ iraſci
da nobis digne flere mala que
fecimus: vt tue ꝯſolatiōis gra-
tiam inuenire valeamus. Per

Dn̄ica de paſſione. Statio ad
ſanctum Petrum. Introitus.

Iudica me de⁹ ⁊ diſcer-
ne cauſam meā de gē-
te non ſancta: ab hoīe
iniquo ⁊ doloſo eripe me: q̇a
tu es de⁹ me⁹ ⁊ fortitudo mea.
Ps. Emitte lucē tuā ⁊ veritatē
tuam: ipſa me deduxerūt ⁊ ad-
duxerūt in mōtē ſctm̄ tuū: ⁊ in
tabernacula tua. ℣. Gl'ia patri
nō dicit̄ ad introitū vſqꝫ ad pa-
ſcha: niſi in miſſa de feſto ſi oc-
currerit: ſꝫ finito pſalmo abſo-
lute reincipit̄ introitus. Orō.

Queſum⁹ oꝑs de⁹ familiā
tuā ꝓpitius reſpice: vt te
largiente regatur in corꝑe: et te
ſeruāte cuſtodiat̄ in mēte. Per.
Ab hac die vſqꝫ ad feriā q̇ntā
cene dn̄i poſt orōeꝫ diei dr̄ orō
Eccl'ie tue. vel Deus oīm fid.
Epiſtola ad Hebreos. ix. cap.

Fratres. Xp̄s aſſiſtēs pō-
tifex futuroꝝ bonoꝝ per
amplius ⁊ ꝑfectius tabernacu-
lum nō manufactū: id eſt non
huius creationis. Neqꝫ ꝑ ſan-
guinē hircoꝝ aut vituloꝝ: ſed
per ꝓpriuꝫ ſanguinē introiuit
ſemel in ſctā: eterna redēptiōe
inuēta. Si eīm ſanguis hircorū
et thauroꝝ: ⁊ cinis vitule aſper-
ſus inquinatos ſctificat ad emūda

tionem carnis: q̃to magis ſan
guis xp̄i qui ꝑ ſpm̄ſctm̄ ſemet-
ip̄m obtulit immaculatū deo
emūdabit cōſcientiā noſtrā ab
opibus mortuis ad ſeruiendū
deo viuēti. Et ideo noui teſta
mēti mediator eſt: vt morte in
tercedēte in redemptionē earū
p̄uaricationū qui erāt ſub pri
ori teſtamēto repromiſſionem
accipiāt: q̄ vocati ſunt eťne he
reditatis. In xp̄o iħu dn̄o nr̄o
Grad. Eripe me dn̄e de ini-
micis meis: doce me facere vo
luntatē tuā. ℣. Liberator meuſ
dn̄e de gētibus iracūdis: ab in
ſurgētibꝰ in me exaltabis me a
viro iīiquo eripies me. Tractꝰ
Sepe expugnauerūt me a iu-
uētute mea. ℣. Dicat nūc iſrael
ſepe expugnauerūt me a iuuē
tute mea. ℣. Etem̄ nō potuerīt
mihi: ſupra dorſum meū fabri
cauerūt peccatores. ℣. Prolon
gauerunt iniq̄tatē ſibi: dominꝰ
iuſtus cōcidet ceruices peccato
rum. Scdm Johannē. viij. c.
IN illo tp̄e Dicebat iħs tur
bis iudeoꝝ ⁊ p̄ncipibꝰ ſacer
dotum. Quis ex vobis arguet
me de pctō? Si v̄itatē dico vo
bis q̄re nō credit̄ mihi? Qui
ex deo eſt: v̄ba dei audit. Pro
pterea vos nō auditis: quia ex
deo nō eſtis. Rn̄derunt ergo
iudei ⁊ dixerūt ei. Nōne bene
dicimus nos: q: ſamaritanꝰ es
tu ⁊ demoniū habes? Rn̄dit
ieſus. Ego demoniū nō hēo:
ſed honorifico p̄rē meū ⁊ vos
inhonoraſtis me. Ego aūt nō
quero gl'iā meā. Eſt q̄ querat
et iudicet. Amen amē dico vo
bis: ſi quis ſermonē meū ſerua
uerit: mortē nō videbit in eter
nū. Dixerūt ergo iudei. Nūc
cognouimus q: demoniū ha
bes. Abrahā mortuus eſt ⁊ ꝓ-
phete: ⁊ tu dicis. ſi q̄s ſermonē
meū ſuauerit: mortē nō guſta
bit in eternū. Nunq̄d tu ma-
ior es patre nr̄o abraham qui
mortuꝰ ē. Et prophete mortui
ſūt? Quē teip̄m facis? Rn̄dit
ieſus. Si ego glorifico meip̄m
gl'ia mea nihil eſt. Eſt pat̄ me
us qui glorificat me quem vos
dicitis: q: deus veſter eſt ⁊ non
cognouiſtis eum. Ego autem
noui eum. Et ſi dixero quia
neſcio eū: ero ſilis vobis men-
dax. Sed ſcio eū ⁊ ſermonem
eius ſuo. Abrahā p̄r v̄r exul-
tauit vt videret diē meū: vidit
et gauiſus eſt. Dixerūt ergo iu
dei ad eū. Quinq̄ginta ānos
nōdum habes: ⁊ abrahā vidi-
ſti? Dixit eis ieſus. Amē amē

dico vobis anteq̄ꝫ abrahã fie-
ret ego ſum. Tulerũt ergo la-
pides iudei vt iacerẽt i eũ. Je-
ſus aũt abſcõdit ſe ⁊ exiuit de
templo. Offer. Cõfitebor tibi
dñe i toto corde meo: retribue
ſuo tuo: viuã ⁊ cuſtodiã ſmo-
nes tuos: viuifica me ſm ver-
bum tuum domine. Secreta.

HEc munera q̄s dñe ⁊ vin-
cła nr̃e ꝑuitat abſoluãt ⁊
tue nobis mie dona ꝯciliẽt. p.
Cõio. Hoc corpus qđ ꝓ vobis
tradeť: hic calix noui teſtamẽti
eſt in meo ſanguie dicit dñs: h
facite quotiẽſcunq̄ꝫ ſumitis in
meã cõmẽorationẽ. Poſt cõio

ADeſto nobis dñe deꝰ nr̃: ⁊
et quos tuis myſterijs re-
creaſti: ꝑpetuis defẽde ꝑſidijs
Per. Feria.iij. ſtatio ad ſanctũ
Chryſogonum. Introitus.

MIſerere mihi deꝰ: qm̃
cõculcauit me homo:
tota die bellãs tribu-
lauit me. Ps. Cõculcauerũt me
inimici mei: quoniam multi
bellantes aduerſum me. Oro

SAnctifica q̄s dñe nr̃a ieiu
nia: ⁊ cũctarũ nobis ĩdul
gentiã ꝓpitiꝰ largire culparuꝫ.
Per. Lectio Jone ꝓphe.iij.c.

IN diebus illis. Factuꝫ eſt
verbũ dñi ad ionã ꝓphetã
ſecũdo dicẽs. Surge ⁊ vade in
niniuẽ ciuitatẽ magnã: ⁊ pre-
dica in ea ꝑdicationẽ quã ego
loq̄r ad te. Et ſurrexit ionas ⁊
abijt in niniuẽ ciuitateꝫ iuxta
verbũ dñi. Et niniue erat ciui
tas magna itinere dieruꝫ triũ
Et cepit ionas introire in ciui
tateꝫ itinere diei vnius. Et cla
mauit ⁊ dixit. Adhuc q̄dragin
ta dies ⁊ niniue ſubuerteť. Et
crediderũt viri niniuite dño: ⁊
ꝑdicauerũt ieiunium: ⁊ veſtiti
ſunt ſaccis a maiore vſq̄ꝫ ad mi
norem. Et ꝑuenit verbũ ad re
gem niniue: ⁊ ſurrexit de ſolio
ſuo: ⁊ abiecit veſtimẽtũ ſuuꝫ a
ſe ⁊ indutꝰ eſt ſacco: ⁊ ſedit in ci
nere: ⁊ clamauit ⁊ dixit in nini
ue ex ore regis ⁊ principũ eius
dicẽs. Hoies ⁊ iumẽta ⁊ boues
⁊ pecora nõ guſtent quicq̄ꝫ nec
paſcanť ⁊ aquã nõ bibãt. Et
operiant ſaccis hoies ⁊ iumẽta:
et clamẽt ad dñm in fortitudie
et ꝯuertať vir a via ſua mala
⁊ ab iniq̄tate q̄ eſt in manibus
corꝝ. Quis ſcit ſi ꝯuertatur et
ignoſcat deꝰ: ⁊ reuertať a furo
re ire ſue: ⁊ nõ ꝑibimꝰ. Et vi-
dit deus opa corꝝ: q2 conuerſi
ſunt de via ſua mala: ⁊ miſtus
eſt populo ſuo dñs deꝰ noſter.
Grad. Deus exaudi orationẽ

meã:auribus pcipe verba oris
mei. ℣. De' in noie tuo ſaluum
me fac: ⁊ i ṽtute tua iudica me
Secundũ Johannẽ. vij. cap.
IN illo tpe. Miſerũt princi
pes ⁊ phariſei miniſtros:vt
appħenderẽt ieſum. Dixit er
go ieſus. Adhuc modicũ tẽp'
vobiſcũ ſum ⁊ vado ad eũ qui
miſit me. Queretis me ⁊ nõ in
uenietis⁊ vbi ego ſum:vos nõ
poteſtis venire. Dixerũt ergo
iudei ad ſemetipſos. Quo hic
iturus eſt:q: nõ inueniem' eũ?
Nunqd in diſperſionẽ gẽtiuꝫ
iturus eſt ⁊ docturus gentes?
Quis eſt hic ſmo quem dixit
qretis me ⁊ nõ inuenietis:⁊ vbi
ego ſum vos nõ poteſtis veni
re? In nouiſſimo aũt die ma
gno feſtiuitatis ſtabat ieſus et
clamabat dicẽs. Si quis ſitit:
veniat ad me⁊ bibat:q credit i
me ſicut dicit ſcriptura:flumia
de vẽtre ei' fluẽt aq̃ viue. Hoc
aũt dixit de ſpũ quẽ accepturi
erãt credẽtes i eũ. Offer. Dñe
ɔuertẽ ⁊ eripe aiaꝫ meã:ſaluũ
me fac,ppter miam tuã. Secr.
COncede nobis dñe deus
noſter:vt hec hoſtia ſalu
taris ⁊ noſtrorꝫ fiat purgatio
peccatorꝫ:⁊ tue,ppitiatõ maie
ſtatis. Per. Cõio. Dñs ṽtutuꝫ

ipe eſt rex glorie. Poſt cõionẽ
SAcramẽti tui q̃s dñe par
ticipatio ſalutaris ⁊ puri
ficationẽ nobis tribuat ⁊ me
delam. Per. Sup ppłm Orõ
DA q̃s dñe pplõ tuo ſalutẽ
mentis ⁊ corpis: vt bonis
opib' inherẽdo tua ſp mereaꝛ
ptectione defendi. Per dñm.
Feria tertia. ſtatio ad ſanctuꝫ
Ciriacum. Int oitus
EXpecta dñm viriliter
age:⁊ ɔfortetꝛ cor tuũ
⁊ ſuſtine dñm. ps. Dñs illumi
natio mea⁊ ſal' mea quẽ timebo
NOſtra tibi q̃s dñe Orõ
ſint accepta ieiunia q̃ nos
⁊ expiãdo gr̃a tua dignos effi
ciant:⁊ ad remedia perducant
eterna. Per dominũ noſtruꝫ.
Lectio danielis pphete. xiiij. c.
IN diebus illis. Cõgregati
ſunt babylonij ad regẽ:⁊ di
xerũt ei. Trade nobis danielẽ
qui bel deſtruxit: ⁊ draconem
interfecit. Alioqn ĩterficiem'
te ⁊ domũ tuã. Vidit ergo rex
q irruerũt in eũ vehementer:
et neceſſitate compulſus tradi
dit eis danielẽ. Qui miſerunt
eum in lacum leonũ:⁊ erat ibi
ſex diebus. Porro in lacu erãt
leones ſeptem ⁊ dabantur eis
quotidie duo corpa⁊ due oues

Et tunc nō data ſunt eis vt de
uorarent danielem. Erat autē
abacuch in iudea: et ipſe coxe-
rat pulmentum: et intriuerat
panes in alueolo: ⁊ ibat in cā-
pum: vt ferret meſſoribus. Di-
xitq; angelus dñi ad abacuch.
Fer prandiū qđ habes in ba-
bylonē danieli q eſt ī lacu leo-
num. Et dixit abacuch. Dñe
babylonē nō vidi: ⁊ lacum ne-
ſcio. Et apphēdit eū angel' dñi
in vertice ei': ⁊ portauit eū capil
lo capitis ſui. Poſuitq; eum in
babylonē ſup lacuz in impetu
ſpūs ſui. Et clamauit abacuch
dicens. Daniel ſerue dei: tolle
prādium qđ miſit tibi de'. Et
ait daniel. Recordatus eñ es
mei dñe deus meus: ⁊ nō dere
liquiſti diligētes te. Surgēſq;
daniel comedit. Porro angel'
domini reſtituit abacuch confe
ſtim in locuz ſuū. Uenit ergo
rex die ſeptimo: vt lugeret da-
nielem: ⁊ venit ad lacū ⁊ intro
ſpexit. Et ecce daniel ſedens in
medio leonum. Et exclama
uit rex voce magna: dicens.
Magn' es dñe deus danielis
Et extraxit eū de lacu leonū.
Illos autē q pditionis ei' cau-
ſa fuerant intromiſit in lacum.
⁊ deuorati ſunt ī momēto corā
eo Tūc rex ait. Paueant oēs
habitātes in vniuerſa terra de
um danielis: q: ipſe eſt libera-
tor et ſaluator faciens ſigna et
mirabilia in celo et in terra: q
liberauit danielē de lacu leo-
nuz. Gra. Diſcerne cauſaz me
am dñe: ab homie iniquo ⁊ do
loſo eripe me. ℣. Emitte lucem
tuā ⁊ veritatē tuam: ipa me de
duxerūt ⁊ adduxerūt ī monte
ſctō tuo. Scdz Johannē. vij. c.

In illo tpe. Ambulabat ie-
ſus in galileā. Nō eñ vole-
bat in iudeā ambulare: q: que
rebāt eū iudei īterficere. Erat
aūt in proximo dies feſt' iudeoꝝ
ſcenophegia. Dixerūt autē ad
eū fratres eius. Trāſi hinc et
vade in iudeam: vt ⁊ diſcipuli
tui videāt opa tua que tu facis.
Nemo quippe ī occulto qcq̄
facit: ⁊ querit ipe in palam eē.
Si hec facis: manifeſta teipm
mundo. Neq; eñ fratres eius
credebāt in euz. Dicit ergo eis
ieſus. Tēpus meū nonduz ad
uenit: tēpus autē vrm ſemp eſt
paratū. Nō pōt mūd' odiſſe
vos: me aūt odit q: ego teſtimo
nium phibeo de illo: q: opera
illius mala ſunt. Uos aſcēdite
ad diē feſtuz hunc: ego autem
non aſcendā ad diē feſtū iſtuz:

q: tps meū nondū impletū eſt.
Hec cū dixiſſet ipe māſit in ga
lilea. Ut aūt aſcēderūt fratres
eius:tūc ⁊ ipſe aſcēdit ad diem
feſtū:nō manifeſte:ſed quaſi in
occulto. Judei ergo querebant
eū in die feſto ⁊ dicebāt. Ubi ē
ille? Et murmur mult⁹ erat de
eo ī turba. Quidā eñ dicebāt:
q: bonus eſt. Alij aūt dicebant
nō ſed ſeducit turbas. Nemo
tamē palā loquebat̄ de illo ꝓ-
pter metū iudeoꝝ. Offerto.
Sperēt ī te oēs q̄ nouerūt no-
mē tuū dñe:qm̄ nō derelinq̄s q̄
rentes te pſallite dño q̄ habitat
in ſyon quoniā nō eſt oblitus
oꝛones pauperum. Secreta.
Hoſtias tibi dñe deferim⁹
immolādas:q̄ tpalem cō-
ſolationem ſignificent: vt pro-
miſſa certius non deſperemus
eterna. Per. Cōmunio. Re-
dime me deus iſrael: ex oībus
anguſtijs meis. Poſtcōio
Da q̄ſum⁹ oñs de⁹: vt q̄ di
uina ſunt iugiter exequē-
tes: donis mereamur celeſtib⁹
appropinq̄re. Per. Sup pplꝫ
Da nobis q̄s dñe ꝑ Ora.
Pſeuerantē in tua volūtate
famulatū:vt in dieb⁹ nr̄is ⁊ me
rito ⁊ numero popul⁹ tibi ſer-
uiens augeatur. Per dominū.

Feria.iiij. Statio ad ſanctum
Marcellū. Introit⁹.
Liberatoꝛ me⁹ de gen-
tib⁹ iracūdis: ab inſur-
gentib⁹ in me exultabis me: a
viro iniquo eripies me dñe. Ps
Dirigā te dñe foꝛtitudo mea:
dñs firmamētū meū ⁊ refugiū
meuꝫ et liberatoꝛ meus. Ora.
Sanctificato h̄ ieiunio de-
us tuoꝝ coꝛda fideliū mi
ſeratoꝛ illuſtra: ⁊ quib⁹ deuotio
nis pſtas affectū: pbe ſupplicā
tib⁹ piū benign⁹ auditū. Per.
Lectio libri. Leuitici. xix. capi.
In dieb⁹ illis. Locut⁹ ē dñs
ad moyſen dicēs. Loquere
ad vniuerſū cetū filioꝝ iſrael:
et dices ad eos. Ego dñs deus
veſter. Nō facietis furtū. Nō
mentiemini: nec decipiat vnuſ-
quiſq; ꝓximum ſuū. Non per
iurabis in noīe meo:nec pollu
es nomē dei tui. Ego domin⁹.
Non facies calumniā ꝓximo
tuo:nec vi opprimes eū. Non
moꝛabit̄ op⁹ mercennarij tui
apd te vſq; mane. Nō maledi-
ces ſurdo:nec coꝛaꝫ ceco pones
offendiculū: ſed timebis dñm
deū tuuꝫ:q: ego ſum dñs. Nō
facies qd iniquum eſt nec iniu-
ſte iudicabis. Nō cōſideres ꝑ
ſonā paupis:nec honoꝛes vul-

tūm potētis. Juſte iudica ꝓxi-
mo tuo. Non eris criminatoꝛ
nec ſuſurro ī pplis. Nō ſtabis
ↄtra ſanguinē ꝓximi tui. Ego
dn̄s. Nō oderis frēm tuū ī coꝛ
de tuo: ſed publice argue eum:
ne habeas ſup illo pctm̄. Non
q̄res vltionē: nec memoꝛ eris in
iurie ciuiū tuoꝝ. Diliges ami
cum tuū ſicut teipſum. Ego do
minus. Leges meas cuſtodite.
Ego em̄ ſum dn̄s deus veſter.
Grad. Exaltabo te dn̄e qm̄ ſu
ſcepiſti me: nec delectaſti inimi-
cos meos ſup me. ℣. Domine
deus meus clamaui ad te ⁊ ſa-
naſti me: dn̄e abſtraxiſti ab in
feris aiam meam: ſaluaſti me a
deſcendētib' in lacū. Secundū
IN illo tpe. Johannē. x. ca.
Facta ſunt ēcenia ī hieroſo
lymis: ⁊ hyems erat: ⁊ ābula-
bat ieſus in tēplo ī porticu ſalo
monis. Circūdederūt ergo eū
iudei et dicebant ei. Quouſq̄
aiaʒ nr̄aʒ tollis? Si tu es xp̄s
dic nobis palā. Rn̄dēs ieſus.
Loq̄ꝛ vobis ⁊ nō creditꝭ. Opa
q̄ ego facio in noīe p̄ris mei h̄
teſtimoniū ꝑhibēt de me. Sʒ
vos nō creditis: qꝛ non eſtis ex
ouibus meis. Oues mee vocē
meam audiūt: ⁊ ego cognoſco
eas ⁊ ſequunt̄ me: ⁊ ego vitaʒ
eternā do eis: ⁊ nō ꝑibūt ī eter
num: ⁊ nō rapiet eas quiſq̄ de
manu mea. Pater meus q̄ de-
dit mihi maius oīb' ē: ⁊ nemo
pōt rapere de manu p̄ris mei.
Ego ⁊ pater vnū ſum'. Suſtu
lerūt ergo lapides iudei: vt la-
pidarēt eum. Rn̄dit eis ieſus.
M̄lta bona opa oſ̄di vobis
ex patre meo: ꝓpt̄ qd̄ eoꝝ op'
me lapidatis? Rn̄derūt ei iu-
dei. De bono opere nō lapida
mus te: ſʒ de blaſphemia: et qꝛ
tu hō cū ſis: facis teipſum deū.
Rn̄dit eis ih̄s. Nōne ſcriptū
ē ī lege vr̄a. Ego dixi dij eſtis?
Et ſi illos dixit deos ad quos
ſ̄mo dei factus eſt: ⁊ nō poteſt
ſolui ſcriptura: quē pater ſan-
ctificauit ⁊ miſit in mūdū: vos
dicitis qꝛ blaſphemas: qꝛ dixi:
filius dei ſuʒ. Si nō facio opa
patris mei: nolite credere mi-
hi. Si aūt facio: ⁊ ſi mihi non
vultis credere opib' credite: vt
cognoſcatꝭ ⁊ credatis: qꝛ in me
eſt pater: et ego ī patre. Offer.
Eripe me de inimicis meis de
us meus: ⁊ ab inſurgētibus in
me libera me domine. Secre.
ANnue miſericoꝛs deus:
vt hoſtias placationis et
laudis ſincero tibi deferam' ob
ſeq̄o. Per. Cōio. Lauabo īter

ſnnocentes man' meas: ⁊ circũ
dabo altare tuũ dñe: vt audiã
vocẽ laudis tue et enarrem vni
uerſa mirabilia tua Poſtcõio
C Eleſti dñe bñdictõne pce
pta ſupplices te deus op̃s
depcamur: vt hoc idem nobis
et ſacramẽti cauſa ſit ⁊ ſalutis.
Per. Super populum. Orõ.
A Deſto ſuplicatõnib' no-
ſtris op̃s de': ⁊ quib' fidu
ciã ſperande pietatis ĩdulges:
cõſuete miſcõie tribue benign'
effectum. Per dñm noſtrum.

Feria quinta. Statio ad ſctm̃
Appollinarẽ. Intro.

O Omnia q̃ feciſti nobis
dñe: in vero iudicio fe
ciſti: q: peccauim' tibi ⁊ mãda-
tis tuis nõ obediuimus: ſed da
gloriam nomini tuo: ⁊ fac no-
biſcum ſcḋm multitudinẽ miſeri
cordie tue. Ps. Bti ĩmaculati
invia qui ambulãt in lege dñi.
P Reſta q̃s op̃s de'. Orõ.
vt dignitas cõditionis hu
mane p ĩmoderantiã ſauciata
medicinalis parſimonie ſtudio
reformetur. Per. Lectio danie
I N di bus lis, pphete. iij. c.
illis. Orauit daniel dñm di
cens. Dñe de' ne deſpicias po-
pulũ tuũ, ppter nomẽ tuũ: ⁊ ne
diſſipes teſtamẽtũ tuũ: neq3 au
feras miam tuã a nobis, ppter
abrahã dilectũ tuũ ⁊ yſaac ſer
uũ tuũ: ⁊ iſrl' ſctm̃ tuũ: quib' lo
cutus es pollicẽs q multiplica
res ſemẽ eorũ ſicut ſtellas celi:
et ſicut arenã q̃ eſt in littore ma
ris. Q: dñe ĩminuti ſum' plus
q̃ om̃s gentes: ſumuſq3 hũiles
in vniuerſa terra hodie, ppter
pctã nr̃a. Et non eſt in tpe hoc
princeps ⁊, pph̃a ⁊ dux: neq3 ho
locauſtuz: neq3 ſacrificiuz: neq3
oblatio: neq3 inſenſum: neq3 lo
cus primitiarũ corã te: vt poſſi-
mus ĩuenire miam tuaz: ſed in
aĩa ꝯtrita ⁊ ſpũ hũilitatis ſuſci
piamur. Sicut in holocauſto
arietuz ⁊ thaurorꝫ: ⁊ ſicut in mi
libus agnorꝫ pinguiũ: ſic fiat ſa
crificiũ nr̃m in ꝯſpectu tuo ho
die ⁊ placeat tibi qm̃ nõ eſt con
fuſio ꝯfidẽtibus in te. Et nunc
ſeq̃mur te in toto corde: ⁊ time
mus te: ⁊ q̃rim' faciẽ tuaz. Ne
ꝯfundas nos: ſ3 fac nobiſcum
iuxta mãſuetudinez tuã: ⁊ ſcḋm
mltitudinẽ mĩe tue. Erue nos
in mirabilib' tuis ⁊ da gliã no
mini tuo dñe. Et ꝯfũdãt oẽs
qui oñdũt ſuis tuis mala. Cõ
fũdãtur ĩ oĩpotẽtia tua: et ro-
bur eorꝫ ꝯterat. Et ſciãt q: tu
es dñs de' ſol' ⁊ glioſus ſuper
oẽz t̃raz dñe de' nr̃. Gra. Tol

lite hoſtias ꝛ ītroite ī atria eiꝰ
adoꝛate dñm in aula ſctā eius.
℣. Reuelauit dñs cōdēſa: ꝛ ī tē
plo eiꝰ oēs dicēt glīam. Sc̄dꝫ
IN illo tpe. Lucā .vij capl'o.
Rogabat ihm qdā phariſe
us vt mādu caret cū illo. Et in
greſſ' domū phariſei diſcubuit
Et ecce mulier q̄ erat ī ciuitate
peccatrix: vt cognouit ꝙ ihs ac
cubuit ī domo phariſei: attulit
alabaſtrum vnguēti: ꝛ ſtās re
tro ſecꝰ pedes eiꝰ: lachꝛymis ce
pit rigare pedes eiꝰ: ꝛ capill' ca
pitis ſui tergebat: ꝛ oſculabat
pedes eiꝰ: ꝛ vnguēto vngebat.
Uidēs aūt phariſeꝰ q̄ vocaue
rat eū ait ītra ſe dicēs. Hic ſi eſ
ſet ppħa ſciret vtiq̄ꝫ q̄ ꝛ q̄lis eēt
mulier q̄ tāgit eū: q: peccatrix ē
Et rñdēs ihs dixit ad illū. Si
mō hēo tibi aliq̄d dicere. At il
le ait. Magr̄ dic Et rñdēs ihs
dixit. Duo debitoreſ erāt cuidā
feneratoꝛi: vnus debebat dena
rios quingentos: aliꝰ q̄nquagī
ta. Nō hñtibꝰ ill' vñ redderēt:
donauit vtriſq̄ꝫ. Quis ergo eū
plꝰ diligit? Rñdēs ſymō dixit
Eſtimo q: is cui plꝰ dōauit. At
ille dixit ei. Recte iudicaſti Et
ꝯuerſus ad mlierē dixit ſymōi
Uides hāc mulierē? Jntraui ī
domū tuā: aquā pedibꝰ meis ñ
dediſti: h̄ āt lachꝛymis rigauit
pedes meos ꝛ capill' ſuis terſit.
Oſculū m̄ nō dediſti: h̄ aūt ex
q̄ ītrauit nō ceſſauit obſculari
pedes meos. Oleo caput meū
nō vnxiſti: hec aūt vnguēto vn
xit pedes meos. Ꝓpt̄ qd̄ di
co tibi: remittūt ei pctā multa
q̄m dilexit multum. Cui autē
minus dimittitur: minꝰ diligit.
Dixit aūt ieſus ad illam. Re
mittuntur tibi pctā tua. Et ce
perūt q̄ ſimul diſcūbebāt dice
re intra ſe. Quis eſt hic etiā q̄
peccata dimittit? Dixit aūt ad
mulierēꝫ. Fides tua te ſaluam
fecit: vade ī pace. Offer. Sup
flumīa babylonis illic ſedimꝰ
ꝛ fleuimꝰ: dū recoꝛdaremur tui
DOmine deꝰ Secre. ſyō.
noſter q̄ in his potiꝰ crea
turis q̄s ad fragilitatis noſtre
ſubſidiū condidiſti: tuo quoq̄ꝫ
nomini munera iuſſiſti dicāda
cōſtitui: tribue q̄s: vt ꝛ vite no
bis p̄ſentis auxiliuꝫ: ꝛ eternitatꝭ
efficiāt ſacramētū. Per. Cōio.
Memēto v̄bi tui ſuo tuo dñe
in quo mihi ſpē dediſti: hec me
conſolata eſt ī humilitate mea.
QUod oꝛe ſumpſi Pꝰcōio
mꝰ dñe pura mente capia
mus: ꝛ de munere tēpoꝛali fiat
nobis remediū ſempiternum.

Per dñm. Sup pplm. Orõ.
ESto q̄s dñe ꝓpitꝰ plebi
tue: vt que tibi nõ placent
reſpuentes: tuoꝝ potiꝰ repleã
tur delectationibꝰ mãdatoꝝ.
Per. Feria ſexta. Statio ad
ſcm̃ Stephanum. Introitus.
MIſerere mei dñe quo-
niã tribulor: libera me
⁊ eripe me de manibꝰ
inimicoꝝ meoꝝ: ⁊ a pſeq̄ntibꝰ
me dñe nõ cõfundar: qm̃ inuo-
caui te. Ps. In te dñe ſpaui : nõ
cõfundar in eternũ : in iuſtitia
tua libera me. Oratio.
COrdibꝰ nr̄is q̄s dñe grãꝫ
tuã benignꝰ īfunde: vt pec
cata noſtra caſtigatione volun
taria cohibẽtes: tẽporali poti-
us maceremur: q̄ ſupplicijs de
putemur eternis. Per. Lectio.
Hieremie ꝓphete. xvij. capi.
IN dieb' ill'. Dixit hieremi
as. Dñe oẽs qui te derelin-
quũt cõfũdẽtur : recedẽtes a te
in terrã ſcribentur : qm̃ dereli-
q̄runt venã aquarũ viuentiuꝫ
dñm. Sana me dñe ⁊ ſanabor:
ſalua me ⁊ ſaluꝰ ero : qm̃ ſalus
mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad
me. Ubi eſt ỽbũ dñi? Ueniat.
Et ego nõ ſuꝫ turbatꝰ te paſto
rẽ ſeq̄ns: ⁊ diẽ hoīs nõ deſidera
uit tu ſcis. Nõ egreſſuꝫ ẽ de la
bijs meis rectũ in cõſpectu tuo
fuit. Nõ ſis mihi tu formidini
ſpes mea tu in die afflictiõis.
Cõfundãt q̄ me pſequũtur: et
nõ cõfundar ego. Paueant illi
et nõ pauea ego. Induc ſuper
eos diẽ afflictõis ⁊ duplici con
tritione cõtere eos. Dñe deus
noſter. Grad. Pacifice loque-
bant mihi inimici mei: ⁊ in ira
moleſti erant mihi. ℣. Vidiſti
dñe ne ſileas: ne deſcedas a me
Secundum. Johannem. xi. c.
IN illo tpe. Collegerũt põ-
tifices ⁊ phariſei cõſiliũ ad-
uerſus ieſum ⁊ dicebãt. Quid
facimꝰ : q2 hic hõ multa ſigna
facit? Si dimittimꝰ euꝫ ſic: oẽs
credẽt in eũ. Et veniẽt romani
et tollent nr̄m locũ ⁊ gẽtẽ. Unꝰ
aũt ex ipſis cayphas noīe cum
eẽt pontifex anni illiꝰ dixit eis.
Uos neſcitis quicq̄ꝫ nec cogita
tis: q2 expedit vobis vt vnꝰ mo
riatur hõ pro pplo: ⁊ non tota
gens peat. Hoc aũt a ſemetip-
ſo nõ dixit: ſed cuꝫ eſſet ponti-
fex anni illiꝰ ꝓphetauit : q2 iħs
moriturꝰ erat pro gẽte ⁊ nõ tã-
tuꝫ ꝓ gẽte: ſꝫ vt filios dei q̄ erãt
diſperſi cõgregaret in vnũ. Ab
illo ergo die cogitauerũt vt in-
terficerent eũ. Jeſus ergo iam
nõ in palam ambulabat apud

iudeos: ſed abijt in regionē iu‑ xta deſertū in ciuitatē que dici tur effrē: et ibi morabaẗ cū di ſcipulis ſuis. Offer. Benedi‑ ctus es domine: doce me iuſtifi cationes tuas: et nō tradas me calūniātib⁹ me ſupbis: et reſpō debo exprobrātib⁹ mihi vbū.

Preſta nobis mi Secre. ſericors de⁹: vt digne tuis ſeruire ſemp altarib⁹ mereamr: et eoꝝ ppetua participatione ſaluari. Per. Cōio. Ne tradi‑ deris me dñe in aīas pſequen‑ tiū me: qm̄ inſurrexerūt in me teſtes iniq̄: et mētita eſt iniq̄tas

Sumpti ſa Poſtcōio. ſibi cramenti dñe ppetua nos tuitio nō derelinquat: et noxia ſemp a nobis cūcta depellat. p.

Adeſto Sup pplm Orō. nc de q̄s ops de⁹: vt q̄ ptectō nis tue gratiā querim⁹ liberati a malis oībus: ſecura tibi mēte ſuiam⁹. Per. Sabbato ſtatio ad ſctm̄ Johānnē ante portam latinā. Intro. Reſumiẗ offici um heſternū: ſcȝ. Miſerere mi

Proficiat Orō. hi dñe. q̄s domine plebs tibi dicata pie deuotōis affectu: vt ſacris actionib⁹ erudita q̄to maieſta‑ ti tue ſit gratior: tāto donis po tiorib⁹ augeaẗ. Per dominū.

Lectō Hieremie pphe. xviij. c.

In dieb⁹ illis. Dixerūt ipſi iudei ad inuicē. Venite co‑ gitem⁹ ꝯtra iuſtū cogitationes Nō eñi peribit lex a ſacerdote neqꝫ conſiliū a ſapiente nec ſer mo a ppheta. Venite percuti‑ amus eum lingua et nō attēda mus ad vniuerſos ſmones eī⁹ Attende dñe ad me et audi vo‑ cem aduerſariorū meorū. Nū quid redditẗ p bono maluȝ q: foderunt foueam anime mee? Recordare q̄ ſteteri ī ꝯſpectu tuo vt loquerer p eis bonū: et vt aduerterē indignatōeȝ tuā ab eis. Propterea dabo filios eo‑ ruȝ in famē: et deducā eos ī ma nu gladij. Fiant vxores eoruȝ abſqꝫ liberis: et viri earū interfi ciantur morte. Iuuenes eoruȝ cōfodiantur gladio in plio: au diatur clamor de domib⁹ eoꝝ. Adduces eñi ſup eos latrones repente: q: foderūt foueā vt ca perent me: et laq̄os abſcōderūt pedib⁹ meis. Tu aūt dñe ſcis oē cōſiliū eorū aduerſum me ī mortē. Ne ppicieris iniq̄tati eoruȝ et pctm̄ eoruȝ a facie tua nō deleatur. Fiāt corruētes in cōſpectu tuo in⁹ tpe furoris tui dñe de⁹ noſter. Grad. Pacifi‑ ce. Scdm Johannē. xi. caplo.

IN illo tpe. Cogitauerunt principes ſacerdotū vt lazaruz interficerēt: qꝛ multi ꝓpter illum abibant ex iudeis ⁊ credebāt in ihm. In craſtinū aūt turba multa que ꝯuenerat ad diem feſtū cuz audiſſent quia venit ieſus hieroſolymā acceperunt ramos palmarū: ⁊ proceſſerūt obuiam ei ⁊ clamabāt Oſanna bñdictus qui venit in noīe dñi rex iſrael. Et inuenit ihs aſellū: et ſedit ſup eū ſicut ſcriptuz eſt. Noli timere filia ſyō: ecce rex tu' venit ſedēs ſup pulluz aſine. Hec nō cognouerunt diſcipuli eius primū. Sz qñ glorificat' eſt ieſus tūc recordati ſunt: qꝛ hec erāt ſcripta de eo: ⁊ hec feceſt ei. Teſtimoniū ergo ꝑhibebat turba q̄ erat cū eo qñ lazarū vocauit de monumēto: ⁊ ſuſcitauit eū a mortuis. ꝓpterea ⁊ obuiā venit ei turba: qꝛ audierūt eū feciſſe h̄ ſignū. Phariſei ergo dixerunt ad ſemetipſos. Videtis qꝛ nihil ꝓficim': Ecce mūdus tot' poſt eū abijt. Erāt aūt gētiles q̄dā ex his q̄ aderāt vt adorarēt in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad philippū q̄ erat a bethſaida galilee: ⁊ rogabāt eū dicentes. Dñe volum' ieſum videre

Venit philipp' ⁊ dixit andree Andreas rurſum ⁊ philippus dixerunt ieſu. Ieſus aūt rñdit eis dicēs. Venit hora vt clarificet filius hoīs. Amen amen dico vobis niſi granū frumēti cadens in terrā mortuū fuerit ipz ſolum manet. Si aūt mortuū fuerit: multū fructū affert. Qui amat aīam ſuā ꝑdet eā: Et qui odit aīam ſuaz in hoc mundo in vitā eternā cuſtodit eam. Si quis mihi miniſtrat: me ſequat': ⁊ vbi ego ſum: illic et miniſter me' erit. Si q̄s mihi miſtrauerit: honorificabit eum pater meus. Nūc anima mea turbata eſt. Et quid dicā? Pat' ſaluifica me ex hac hora: Sed ꝓpterea veni in horam hāc. Pater clarifica nomē tuū Venit ergo vox de celo dicēs Et clarificaui et iterū clarificabo. Turba ergo q̄ ſtabat ⁊ audierat: dicebat tonitruū factū eſſe. Alij dicebāt. Angelus ei locut' eſt. Rñdit ieſus ⁊ dixit. Non ꝓpter me venit hec vox ſed ꝓpter vos. Nūc iudiciū eſt mundi. Nūc princeps huius mūdi eijcietur foras. Et ego ſi exaltat' fuero a t̄ra oīa trahaz ad meipſm. Hoc aūt dicebat ſignificās q̄ morte eēt moritur'.

Rn̄dit ei turba. Nos audiui mꝰ ex lege: q: xp̄s manet i et̄nū et quō tu dicis: opꝫ exaltari fi lium hoīs? Quis est iſte filius hoīs? Dixit ergo eis ih̄s. Adhuc modicū lumē in vobis est Ambulate dū lucē habetis: vt nō tenebre vos cōprehēdāt Et q̄ ambulat in tenebris: neſcit q̄ vadat. Dum lucē habetis credite in lucem vt filij lucis ſitis. Hec locutus est ieſus: ⁊ abijt ⁊ abſcōdit ſe ab eis. Offer. Bn̄ dictus es domine. Secreta.

A Cunctis nos q̄s dn̄e reatibus ⁊ periculis ꝑpitiatꝰ abſolue: quos tāti myſterij tri buis eſſe cōſortes. Per. Cōio. Ne tradideris. Poſt cōionē.

Diuini muneris largitate ſatiati q̄s dn̄e deus nr̄: vt huius ſemꝑ participatōe viua mus. Per. Sup pplm. Orō.

Ueaf q̄s dn̄e dextera tua pplꝫ depcantē: ⁊ purifica tuꝫ dignāter erudiat: vt ꝯſola tiōe pn̄ti ad futura bōa ꝓficiat Per. In die palmarū cōpleta tertia ⁊ aſperſione aq̄ more ſo lito facta: ſacerdos procedit in dutꝰ ſine caſula cū miſtris idutis ante mediuꝫ altare poſitis a choro cātant̄ an̄e Oſanna filio dauid bn̄dictꝰ q̄ venit in noīe dn̄i. O rex iſrl̄ oſanna i excelſis. Deīde dicat ſacerdos Dn̄s vobiſcū. ℟. Et cum ſpū. in tono orōnis miſſe. Oratio.

Deus quē diligere ⁊ ama re iuſtitia eſt: ineffabilis gratie tue dona in nobis multiplica: ⁊ q̄ feciſti nos in morte filij tui ſꝑare q̄ credimus: fac nos eodem reſurgēte ꝑuenire quo tēdimꝰ. Qui te. Subſcripta lectio legitur in tono epl'e. Lectio libri Exodi. xv. caplo.

In diebꝰ illis. Uenerūt filij iſrl̄ in helim vbi erāt duodecim fontes aquarū ⁊ ſeptuagita palme: ⁊ caſtrametati ſunt iuxta aq̄s. Profectiq; ſunt de helim: ⁊ venit oīs multitudo filioꝝ iſrl̄ in deſertū ſyō: quod eſt inter helim ⁊ ſynai: q̄ntodecimo die mēſis ſecundi poſtq̄ egreſſi ſūt de terra egypti. Et murmurauit oīs congregatio filioꝝ iſrael contra moyſen ⁊ aarō in ſolitudine. Dixerūtq; ad eos filij iſrl̄. Utinā eſſemꝰ mortui per manū dn̄i in terra egypti: q̄n ſedebamꝰ ſuꝑ ollas carniū: ⁊ comedamꝰ panem in ſaturitate. Cur iduxiſtis nos in deſertū iſtud: vt occideretis oēꝫ mltitudinē fame: Dixit āt dn̄s ad moyſen Ecce ego pluā

vobis panẽ de celo. Egrediet̃
populus ⁊ colligat q̃ ſufficiunt
per ſingulos dies: vt tẽptẽ euꝫ
vtruꝫ ambulet in lege mea an
nõ. Die aũt ſexto parẽt quod
inferant et ſit duplũ q̃ collige-
re ſolebant per ſingulos dies.
Dixerũtq; moyſes ⁊ aaron ad
oẽs filios iſrael. Veſpe ſcietis
q dñs eduxerit vos de t̃ra egy
pti: ⁊ mane videbit̃ gl̃iam ei⁹.
Deinde cantat̃ ꝓ g̃duali. ℟.
Collegerũt pontifices ⁊ pha-
riſei cõſilium ⁊ dicebãt. Quid
facimus: q: hic homo multa ſi
gna facit: ſi dimittimus euꝫ ſic
oẽs credent in eum. Ne forte
veniãt romani ⁊ tollãt noſtrũ
locum et gentẽ. ℣. Vnus autẽ
ex illis cayphas noĩe cuꝫ eſſet
põtifex anni illius ꝓphetauit
dicẽs. Expedit vobis vt vnus
moriat̃ hõ ꝓ populo ⁊ non to
ta gens peat. Ab illo ergo die
cogitauerũt interficere eum di
cẽtes. Ne forte. Vel aliud. ℟.
In monte oliueti oraui ad pa
trem pater ſi fieri poteſt tranſe
at a me calix iſte. Spũs quidẽ
prõptus eſt caro aũt infirma:
fiat volũtas tua. ℣. Vigilate ⁊
orate vt non intretis in tẽpta-
tionem. Poſtea legit̃ euange-
lium. Secũ Mattheũ. xxi. c.

In illo tẽpe. Cũ appropin
quaſſet ieſus hieroſolymis
et veniſſet bethphage ad montẽ
oliueti: tũc miſit duos de diſci
pulis ſuis dicens eis. Ite in ca
ſtelluꝫ quod cõtra vos eſt: ⁊ ſta
tim inuenietis aſinã alligataꝫ
et pullum cum ea ſoluite ⁊ ad-
ducite mihi. Et ſi q̃s vobis ali
quid dixerit: dicite q: domin⁹
his opus habet ⁊ confeſtim di
mittet eos. Hoc aũt totũ factũ
eſt vt adimpleret̃ quod dictuꝫ
eſt per ꝓphetã dicentẽ. Dicite
filie ſyon ecce rex tu⁹ venit tibi
mãſuetus ſedẽs ſuper aſinaꝫ ⁊
pullum filiuꝫ ſubiugalis. Eũ
tes autem diſcipuli fecerunt ſi
cut preceperat illis ieſus. Et
adduxerunt aſinam et pullum
et impoſuerunt ſuper eos ve-
ſtimenta ſua: ⁊ eum deſuper ſe
dere fecerunt. Plurima auteꝫ
turba ſtrauerunt veſtimenta
ſua in via. Alij autem cedebãt
ramos de arboribus et ſterne-
bant in via. Turbe auteꝫ que
precedebant et que ſequebant̃
clamabant dicentes. Oſanna
filio dauid: benedictus qui ve
nit in nomine domini. Poſt
hec benedicuntur rami: et tũc
ſacerdos dicit. Dominus vo-
biſcum. Oratio.

AUge fidē in te ſperantiū
deus:⁊ ſupplicum preces
clementer exaudi:⁊ veniat ſup
nos m'ltiplex miſericordia tua
benedi✠cant et hi palmites
oliuarū et ſicut in figura eccl'ie
multiplicaſti noe egredientem
de archa ⁊ moyſen exeuntē de
egypto cū iſrael ita nos portā
tes palmas ⁊ ramos oliuaruꝫ
bonis actibꝰ occurramꝰ obuiaꝫ
xp̄o ⁊ p ip̄m in gaudiū intro-
eamus eternum. Qui tecuꝫ vi
uit et regnat in vnitate ſpiritꝰ
ſancti deus. Verſus.

PEr omnia ſecula ſeculo-
rum. ℟. Amen. ℣. Dominus
vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo.
℣. Surſum corda. ℟. Habe-
mus ad dominuꝫ. ℣. Gratias
agamus domino deo noſtro
℟. Dignū et iuſtū ē. Prefatio

VEre dignum et iuſtum eſt
equum et ſalutare. Nos tibi
ſemper et vbiq; gratias agere:
domine ſancte pater oīpotens
eterne deus. Qui gloriaris in
conſilio ſanctorum tuorum:ti-
bi enim ſeruiunt creature tue:

quia te ſolum auctorē ⁊ deum
cognoſcūt: ⁊ omīs factura tua
te collaudat: ⁊ bñdicūt te ſan-
cti tui. Quia illud magnū vni
geniti tui nomē corā regibus
et poteſtatibꝰ huiꝰ ſeculi libera
voce confitent̄. Cui aſſiſtunt
angeli ⁊ archangeli: throni et
dñatōes. Cūqꝫ oīs militia ce-
leſtis exercitꝰ hymnū glīe tue
ꝯcinūt ſine fine dicētes. Scūs
Scūs Scūs Dñs deus ſa-
baoth. Pleni ſunt celi ⁊ terra
gloria tua: oſanna in excelſis.
Benedictus q̄ venit in noīe
domini oſanna in excelſis.
Sequit̄. ℣. Dominꝰ vobiſcū.
℟. Et cum ſpiritu. Oratio.
Petimus dñe ſctē pr̄ oṗs
eťne deus vt hāc creaturā
oliue quā ex ligni materia ꝓ-
dire iuſſiſti: quāqꝫ colūba redi
ens ad archā ꝓprio ꝓtulit ore
benedi✠cere ⁊ ſcifi✠care di

gneris:vt quicūq̧ ex ea accepe
rint: accipiāt ſibi ad ꝓtectionē
aīe et corporis: fiatq̧ domine
noſtre ſalutis remediuꝫ: tueq̧
grē ſacramentū. Per. Oratio

D Eus q̄ diſpſa ꝯgregas ⁊
ꝯgregata ꝯſeruas q̄ po-
pulis obuiā ieſu ramos portā
tibus bn̄dixiſti:bene✠dic etiā
et hos ramos palme et oliue
q̄s tui famuli ad honorē nōis
tui fideliter ſuſcipiūt:vt in quē
cūq̧ locū introducti fuerīt:tuā
benedictionē habitatores loci
illius ꝯſequanť:⁊ oī aduerſita
te effugata:dextera tua prote-
gat: quos redemit ieſus xp̄us
filiꝰ tuꝰ dn̄s nr̄. Qui tecū viuit
et regnat in vnitate ſpūſſancti
deus. Per omnia ſecula ſecu-
lorum. ℟. Amen. Oratio.

D Eus q̄ miro ordie diſpo
ſitionis ex rebꝰ etiā inſen
ſibilibꝰ diſpēſationē nr̄e ſaluť
oſ̄dere voluiſti:da q̄s:vt deuo
ta tuoꝝ turma fideliū ſalubriť
intelligat q̄cquid myſtice deſi-
gnatur in facto q̄ hodie celeſti
lumie afflata redēptori obuiā
ꝓcedēs:palmarū atq̧ oliuarū
ramos veſtigijs eiꝰ ſubſtrauit:
palmarū igiť rami de mortis
principe triūphos expectant:
ſurculi v̄o oliuarū ſpūalē vn-
ctionē aduenisſe q̄dāmodo cla
māt. Intellexit em iā tunc illa
btā hoīm mltitudo p̄figurari:
q: redēptor nr̄ hūanis ꝯdolēs
miſerijs,ꝓ totiꝰ mūdi vita cum
mortis pricipe eēt pugnaturꝰ ac
moriēdo triūphaturꝰ. Et ido
talia obſequēs adminiſtrauit q̄ i
illo ⁊ triūphos victorie ⁊ mie
piguedinē ꝺclararēt. Qd̄ nos
q̧ plena fide ⁊ factū ⁊ ſignifica
tū retinētes te dn̄e ſctē pr̄ oīps
eťne deꝰ: ꝑ eundē dn̄m noſtrū
iħm xp̄m ſuppliciter exoramꝰ
vt in ip̄o atq̧ ꝑ ip̄m cuius nos
mēbra fieri voluiſti de mortis
ip̄io victoriā reportātes:ip̄ius
gl̄ioſe reſurrectōis ꝑticipes eē
mereamꝰ. Qui tecū viuit et re-
gnat in vnitate ſpūſſancti deꝰ.
Per oīa ſecl'a ſecl'oꝝ. ℟. Amē.

D Eus q̄ ꝑ oliue Orō
ramū pacē terris colūbā
nūtiare iuſſiſti:p̄ſta q̄s:vt hos
oliue ceterarūq̧ arboꝝ ramos
celeſti benedi✠ctione ſanctifi
ces: vt cūcto populo tuo profi
ciant ad ſalutē. Per xp̄m dn̄m
noſtrum. ℟. Amen. Oratio.

B Ene✠dic q̄ſumus dn̄e
hos palmarū ſeu oliuaꝝ
ramos:⁊ p̄ſta:vt qd̄ ppl's tuus
tua veneratione hodierna die
corporaliter agit: hoc ſpūaliť

ſumma deuotione perficiat de
hoſte victoriã reportãdo ⁊ op'
mĩe ſummope diligendo. Per
dñm noſtrũ ieſum xp̄m filium
tuũ. Qui tecũ viuit ⁊ regnat ĩ
vnitate ſpũſſcti deus. Per oĩa
ſecl'a ſecl'oꝝ. ℟. Amẽ. Hic aſp-
gunt rami aq̄ bñdicta cuȝ añ.
Aſperges me. ſine cantu: ⁊ ſine
pſalmo: ⁊ incenſant. Deinde
dicit ſacerdos. Dñs vobiſcum
℟. Et cum ſpũ tuo. Oratio.

DEuȝ qui filiũ tuum dñm
noſtrũ ieſum xp̄m, p ſalu
te noſtra in hũc mũdũ miſiſti:
vt ſe humiliaret ad nos: et nos
reuocaret ad te: cui etiaȝ dum
hierl'm veniret vt adimpleret
ſcripturas credentiũ ppl'orum
turba fideliſſima deuotõne ve
ſtimẽta ſua cũ ramis palmarũ
in via ſternebãt: p̄ſta q̄s: vt illi
fidei viam p̄paremus: de qua
remoto lapide offenſiõis ⁊ pe-
tra ſcandali frondeãt apud te
opa noſtra iuſtitie ramis: vt ei'
veſtigia ſequi mereamur Qui
tecuȝ viuit ⁊ regnat in vnitate
ſpũſſancti deus. Per omnia ſe
cula ſeculoꝝ. ℟. Amẽ. Poſtea
duo fratres ramos fratrib' in
locis ſuis manẽtib' diſtribuũt
et interim a choro cantat añ.
Pueri hebreoꝝ portantes ra-
mos oliuarũ obuiauerunt do
mino clamãtes ⁊ dicẽtes: oſan
na in excelſis. Alia añ. Pueri
hebreorum veſtimẽta proſter-
nebant in via: ⁊ clamabant di
centes: oſanna filio dauid bñ-
dictus qui venit in nomie dñi.
Que ſi nõ ſufficiant repetant
quouſq; ramoꝝ diſtributio fi-
niat. Deinde dicit ſacerdos. ℣.
Dominus vobiſcum. Oratio

OMnipotens ſempiterne
deus qui dñm nñm ieſuȝ
xp̄m die azimorũ ſup pullum
aſine ſedere feciſti: ⁊ turbas po
puloꝝ veſtimẽta vel ramos ar
borũ in via ſternere et oſanna
decantare in laudẽ ipſius do-
cuiſti: da q̄s vt illorum innocẽ
tiam imitari poſſimus: ⁊ eorũ
meritũ cõſeq mereamur. Per
eũdẽ xp̄m dñm nñm. ℟. Amẽ
Poſtea fit proceſſio ⁊ cantant
añe ſubſcripte vel oẽs vel aliq̄
p diſpoſitione cantorum. Añ.
Cuȝ appropinquaret dñs hie
roſolymã miſit duos ex diſci-
pulis ſuis dicẽs. Ite ĩ caſtelluȝ
quod eſt cõtra vos: ⁊ inuenie-
tis pullum aſine alligatuȝ ſup
quẽ nullus hoĩm ſedit: ſoluite
⁊ adducite mihi. ſi q̄s vos iter
rogauerit: dicite: opus dñi eſt.
ſoluẽtes adduxerũt ad ieſum:

⁊ ĩpoſuerũt illi veſtimẽta ſua:
et ſedit ſup eum. alij expande-
bant veſtimẽta ſua in via. alij
ramos de arboꝛibꝰ externebãt
et qui ſequebant clamabant:
oſanna bñdictus q̃ venit in no
mine dñi: benedictũ regnũ pa
tris noſtri dauid oſanna in ex
celſis miſerere nobis fili dauid.
Cũ audiſſet pplꝰ q̃a
ieſus venit hieroſolymã acce-
perunt ramos palmarũ ⁊ exie
runt ei obuiã. ⁊ clamabãt pue
ri dicẽtes. Hic eſt qui vẽturus
eſt in ſalutẽ ppli. hic eſt ſalꝰ no
ſtra ⁊ redẽptio iſrael: q̃tus eſt
iſte cui throni ⁊ dñatões occur
runt. noli timere filia ſyõ: ecce
rex tuus venit tibi ſedẽs ſuper
pullum aſine ſicut ſcriptum eſt
ſalue rex fabꝛicatoꝛ mũdi q̃ ve
niſti redimere nos. Alia añ.
Ante ſex dies ſolẽnis paſche
qñ venit dñs in ciuitatẽ hierlꝫ
occurrerũt ei pueri: ⁊ in mani
bus poꝛtabant ramos palma-
rum ⁊ clamabant voce magna
dicentes: oſanna in excelſis be
nedictus qui veniſti in multitu
dine mĩe tue oſanna ĩ excelſis
Alia añ. Occurrerũt turbe cũ
floꝛibus ⁊ palmis redemptoꝛi
obuiã et victoꝛi triumphãti di
gna dant obſequia: filium dei
oꝛe gentes pꝛedicãt: ⁊ in laudẽ
xp̃i voces tonãt ꝑ nubila oſan
na in excelſis. Alia añ. Cũ an
gelis ⁊ pueris fideles inueniã-
mur triũphatoꝛi moꝛtis clamã
tes oſanna ĩ excelſis. Alia añ.
Turba multa que cõuenerat
ad diem feſtum clamabat dño
benedictus qui venit in nomi-
ne domini oſanna in excelſis.
In reuerſione ꝓceſſionis ad ec
cleſiã aliqui fratres intrãt duo
ad minus vel q̃ttuoꝛ ad plus ⁊
clauſo oſtio ſtãtes ꝟſa facie ad
ꝓceſſionẽ incipiũt. Glỉa laus
Et totũ decãtãt vſq₃ Iſrlꝫ es tu
rex. Sacerdos vero cũ reliq̃s
ſtãtibus extra repetit illud idẽ
Deinde ſtantes intus cantent
verſus ſequẽtes vel oẽs vel ꝑtẽ
ꝓ diſpoſitiõe cãtoꝛis: ⁊ ſtantes
extra reſpondent poſt quoſli-
bet duos verſus. Gloꝛia laus
ſicut a pꝛincipio. ℣. Glỉa laus
et honoꝛ tibi ſit rex xp̃e redem
ptoꝛ cui puerile decus pꝛõpſit
oſanna pium. ℣. Iſrlꝫ es tu rex
dauidis ⁊ inclita ꝓles. ℣. No-
mine qui in dñi rex benedicte
venis. ℟. Glỉa laus. ℣. Cetus
in excelſis te laudat celitꝰ oĩs.
℣. Et moꝛtalis homo cũcta cre
ata ſimul. ℟. Gloꝛia laus. ℣.
Plebs hebꝛea tibi cũ palmis

obuiā venit. ℣. Cum p̄ce voto hymnis aſſumis ecce tibi. ℟. Glõa laus. ℣. Hi tibi paſſuro ſoluebāt munia laudiſ. ℣. Nos tibi regnāti pāgimus ecce melos. ℟. Glõa laus. ℣. Hi placuere tibi placeat deuotio nr̄a. ℣. Rex bone rex clemēs cui bōa cūcta placēt. ℟. Glõa. ℣. Fecerat hebreos hos glõa ſanguis almi. ℣. Nos facit hebreos tranſitus ecce pius. ℟. Glõa. ℣. Sis pius aſcēſoꝛ tu ⁊ nos ſimus aſellus. ℣. Tecū nos capiat vrbs venerāda dei. ℟. Glõa ℣. Veſtis aplice rutilo fulgore tegamur. ℣. Te bene docta vt ea noſtra caterua vehat. ℟. Glõa. ℣. Tegmine ſiue anime ſternam⁹ coꝛpa nr̄a. ℣. Quo ꝑ nos ſemper ſit via tuta tibi. ℟. Glõa laus. ℣. Sit pia ꝑ palme nobis victoꝛia ramis. ℣. Ut tibi victrici: ſoꝛtē canam⁹ ita. ℟. Glõa laus. Poſtea intrat proceſſio eccleſiam cantando. ℟. Ingrediēte dño in ſanctā ciuitatē hebreoꝝ pueri reſurrectōnē vite p̄nūtiantes. Cū ramis palmarū oſanna clamabāt in excelſis. ℣. Cūq₃ audiſſent ꝙ ih̄s veniret hieroſolymā exierūt obuiā ei. Cū ramis palmarum. Et nō dicit̃ Glõa patri.

Dñica in palmis. Ad miſſam Statio ad ſanctū iohannē in laterano. Introitus.

Domine ne lōge facias auxiliū tuū a me ad defenſionē meā aſpice: libera me de oꝛe leonis ⁊ a coꝛnib⁹ vnicoꝛniū humilitatē meā. ps. De⁹ de⁹ me⁹ reſpice in me: q̄re me dereliquiſti longe a ſalute mea v̄ba delictoꝝ meoꝝ. Oro

Omnipotens ſempiterne deus q̄ humano generi ad imitādū hūilitatis exēplū ſaluatoꝛē noſtrū carnē ſumere et crucē ſubire feciſti: concede ꝓpiti⁹: vt ⁊ patiētie ipſius habere documēta ⁊ reſurrectiōis ꝯſoꝛtia mereamur. Per eūdē. Et hec oꝛatio tm̄ dicit̃. Epl̃a ad philippenſes. ij. capitulo.

Fratres. Hoc eñ ſentite i vobis quod ⁊ in xp̄o ih̄u Qui cū in foꝛma dei eſſet: nō rapinā arbitrat⁹ eſt eſſe ſe eq̄lē deo: ſed ſemetip̄m exinaniuit foꝛmā ſerui accipiēs in ſimilitudinē hoīm factus: et habitu inuēt⁹ vt hō. Humiliauit autē ſemetip̄m fact⁹ obediens vſq₃ ad moꝛtē: moꝛtē autem crucis. Propt̃ qḋ ⁊ de⁹ exaltauit illū ⁊ donauit illi nomē qḋ eſt ſup oē nomē vt i noīe ieſu oē genu

flectatur: celeſtiū terreſtriū ⁊ i
fernorū. Et oīs lingua cōfitea
tur: q: dñs ihs xp̄s in glīa ē dei
prīs. Grad. Tenuiſti manū
dexterā meā: ⁊ in volūtate tua
deduxiſti me: ⁊ cū glīa aſſum
pſiſti me. ℣. Quā bon⁹ iſrl' de⁹
rectis corde: mei aūt pene moti
ſūt pedes: pene effuſi ſunt greſ
ſus mei: q: zelaui in peccatori
bus: pacē pctōꝝ vidēs. Tract⁹
Deus de⁹ me⁹ reſpice i me: q̄re
me dereliq̄ſti. ℣. Lōge a ſalute
mea: verba delictoꝝ meoꝝ. ℣.
Deus me⁹ clamabo p diez nec
exaudies in nocte ⁊ nō ad inſi
pientiā mihi. ℣. Tu aūt in ſctō
hītas: laus iſrael. ℣. In te ſpe
rauerūt prēs nr̄i: ſpauerūt ⁊ li
beraſti eos. ℣. Ad te clamaue
runt ⁊ ſalui facti ſunt: in te ſpa
uerunt ⁊ nō ſunt cōfuſi. ℣. Ego
aūt ſum vmis ⁊ nō hō: oppro
briū hoīz ⁊ abiectio plebis. ℣.
Oēs q̄ videbāt me aſpnabāt
me locuti ſūt labijs ⁊ mouerūt
caput. ℣. Sperauit in dño eri
piat eū: ſaluū faciat eū: qm̄ vult
eū. ℣. Ipi ℣o ꝯſiderauerūt ⁊ cō
ſpexerūt me diuiſerūt ſibi veſti
mēta mea: ⁊ ſup veſtē meā mi
ſerūt ſortē. ℣. Libera me de ore
leonis: ⁊ a cornib⁹ vnicornium
huilitatē meā. ℣. Qui timetis

dñm laudate eū: vniuerſuz ſe
mē iacob magnificate eum. ℣.
Annuntiabit dño generatio
vētura: ⁊ annūtiabūt celi iuſti
tiam ei⁹. ℣. Pplo q̄ naſcet: quē
fecit dñs. Paſſio dñi abſqȝ bn̄
dictōne d: ⁊ ſine Dñs vobiſcū
⁊ luminarib⁹ ⁊ incēſo: ſz abſo
lute incipit: nec rn̄detur. Glīa
tibi dñe. Peruēto aūt ad ptez
illā q̄ in tono euāgelij legit be
neditō petit et incēſuz portat
ſicut ꝯſuetū ē fieri ad euāgeliū
Silr̄ fit alijs dieb⁹ qn̄ legit paſ
ſio. Paſſio dñi nr̄i ieſu chriſti.
Scdm Matheū. xxvi. caplo.

IN illo tpe. Dixit ieſus diſci
pulis ſuis ✠ Scitis q: poſt
biduū paſcha fiet: ⁊ filius hoīs
tradet vt crucifigat. C Tūc
cōgregati ſunt principes ſacer
dotum ⁊ ſeniores populi i atri
um principis ſacerdotū q̄ dice
bat cayphas: ⁊ cōſiliū fecerūt
vt ihz dolo tenerēt ⁊ occiderēt.
Dicebāt aūt S Nō i die feſto
C Ne forte tumult⁹ fieret in
pplo. Cū aūt eēt ihſ i bethani
a i domo ſimōiſ leproſi acceſſit
ad eū mlier hn̄s alabaſtrū vn
guēti pcioſi ⁊ effudit ſup caput
ipi⁹ recūbētj. Vidētes aūt diſci
pli idignati ſūt dicētes. S Ut
qd pditō hʼ? Potuit ei vnguen

tum iſtud venūdari mlto ⁊ dari pauperib᷒. C. Sciens autē ieſus ait illis. ✠. Quid moleſti eſtis huic mulieri? Op᷒ eñ bonū operata ē in me. Nā ſꝑ paupes habebitis vobiſcū: me aūt nō ſemꝑ habebitis. Mittēs eñ h̄ vnguētū h̄ in corp᷒ meū ad ſepeliēdū me fecit. Amē dico vobis: vbicūq; predicatum fuerit hoc euāgeliū in toto mūdo dicet: ⁊ q᷑ hec fecit ī memoriam eius. C. Tūc abijt vnus de duodecī q̇ dicit iudas ſcarioth ad principes ſacerdotū: et ait illis. S. Quid vultis mihi dare ⁊ ego eū vobis tradā. C. At illi cōſtituerūt ei trigīta argenteos. Et exinde querebat opportunitatē vt euȝ traderet. Prima aūt die azimoꝝ acceſſerūt diſcipuli ad ieſum dicentes. S. Ubi vis parem᷒ tibi comedere paſcha? C. At ih̄s dixit. ✠ Ite in ciuitatē ad quendaȝ ⁊ dicite ei. Magiſter dicit. Temp᷒ meū ꝓpe eſt: apud te facio paſcha cū diſcipul' meis. C. Et fecerūt diſcipli ſicut cōſtituit illis ieſus: et parauerūt paſcha. Veſpe aūt facto diſcūbebat cū duodecim diſcipulis ſuis. Et edentib᷒ illis dixit. ✠ Amē dico vobis: q: vn᷒ veſtrū me traditur᷒ eſt. C. Et cōtriſtati valde ceperūt ſinguli dicere. S. Nūquid ego ſum dñe? C. At ip̄e rñdēs ait. ✠ Qui īntingit mecū manū in parapſide: hic me tradet. Filius q̇dem hoīs vadit ſicut ſcriptuȝ eſt de illo. Ve aūt hōi illi ꝑ quē fili᷒ hoīs tradet. Bonū erat ei ſi nat᷒ nō fuiſſet hō ille. C. Rñdens aūt iudas q̇ tradidit euȝ dixit. S. Nunq̇d ego ſuȝ rabbi? C. Ait illi. ✠ Tu dixiſti. C. Cenātib᷒ aūt eis accepit ieſus panem: ⁊ benedixit ac fregit: deditq; diſcipulis ſuis ⁊ ait ✠ Accipite et comedite: hoc ē corp᷒ meuȝ. C. Et accipiens calicē gr̄as egit ⁊ dedit illis dicēs. ✠ Bibite ex hoc oēs. Hic eſt eñ ſanguis me᷒ noui teſtamenti: qui ꝓ multis effundetur in remiſſionē pctōꝝ. Dico aūt vobis: nō bibā ammodo de h̄ geniīne vitis: vſq; in diem illum cū illud bibā vobiſcū nouum in regno patris mei. C. Et hymno dicto exierūt ī mōtē oliueti. Tūc dixit ill' ih̄s ✠ Oēs vos ſcandalū patiemini in me in iſta nocte. Scriptum eſt enim. Percutiam paſtoreȝ. et diſpergentur oues gregis. Poſtq̄ autē ſurrexero p̄cedaȝ

vos in galileã. C Rñdẽs aũt
petrus ait illi. S Et ſi oẽs ſcã
dalizati fuerĩt in te ego nunꝗ̃
ſcandalizabor. C Ait illi ihs
✠ Amẽ dico tibi: q: in hac no-
cte anteꝗ̃ gallus cantet: ter me
negabis. C Ait illi petr⁹. S
Etiã ſi oportuerit me mori te-
cum: nõ te negabo. C Simi-
liter ꝛ oẽs diſcipuli dixerunt.
Tũc venit ieſus cũ illis ĩ villã
q̃ dicitur gethſemani: ꝛ dixit di
ſcipulis ſuis. ✠ Sedete h̃ do-
nec vadã illuc ꝛ orem. C Et
aſſumpto petro ꝛ duob⁹ filijs
zebedei: cepit cõtriſtari ꝛ meſt⁹
eſſe. Tũc ait illis. ✠ Triſtis ẽ
aĩa mea vſqꝫ ad mortẽ. Suſti-
nete h̃ ꝛ vigilate mecũ. C Et
ꝓgreſſus puſillũ procidit in fa
ciem ſuã orãs ꝛ dicẽs. ✠ Mi
pater ſi poſſibile eſt: tranſeat a
me calix iſte. Verũtamẽ non ſi
cut ego volo: ſꝫ ſicut tu. C Et
venit ad diſcipulos ſuos: ꝛ in-
uenit eos dormiẽtes. Et dicit
petro. ✠ Sic nõ potuiſti vna
hora vigilare mecũ? Vigilate
et orate vt nõ intretis in tẽpta-
tionẽ. Spiritus qđẽ ꝓmptus
eſt: caro aũt infirma. C Iterũ
ſcđo abijt et orauit dicens. ✠
Pater mi ſi nõ poteſt hic calix
tranſire niſi bibam illum: fiat
voluntas tua. C Et venit ite
rum: ꝛ inuenit eos dormiẽtes.
Erant aũt oculi eorũ grauati
Et relictis illis iterum abijt et
orauit tertio eundẽ ſermonez
dicens. Tunc venit ad diſcipu-
los ſuos: ꝛ dixit illis. ✠ Dor-
mite iaꝫ ꝛ requieſcite. Ecce ap
propinquabit hora: ꝛ filius ho
minis tradetur in manus pctõ
ruꝫ. Surgite eam⁹: ecce appro
pĩquabit q̃ me tradet. C Ad-
huc eo loquẽte ecce iudas vn⁹
de duodecim venit ꝛ cũ eo tur
ba multa cum gladijs ꝛ fuſtib⁹
miſſi a principib⁹ ſacerdotum
ꝛ ſeniorib⁹ populi. Qui autẽ
tradidit eum dedit illis ſignũ
dicens. S Quẽcunqꝫ oſcula-
tus fuero: ipſe eſt tenete eum.
C Et cõfeſtim accedẽs ad ie-
ſum dixit. S Aue rabbi. Et
oſculat⁹ eſt euꝫ: dixitqꝫ illi ihs.
✠ Amice ad quid veniſti? C
Tũc acceſſerunt ꝛ manus inie
cerũt ĩ ihm: ꝛ tenuerũt eũ. Et
ecce vnus ex his qui erãt cũ ie-
ſu extendẽs manuꝫ exemit gla
diuꝫ ꝛ pcutiens ſeruuꝫ princi-
pis ſacerdotũ amputauit auri
culam eius. Tunc ait illi ieſus.
✠ Conuerte gladiũ tuũ in lo
cum ſuum. Oẽs enim qui ac-
ceperint gladiuꝫ: gladio peri-

bunt. An putas q: nõ poſſum
rogare patrẽ meũ: ⁊ exhibebit
m̃ mõ pl⁹ q̃ duodeci legiones
ãgeloꝝ? Quõ ergo iplebunt
ſcripture? Q: ſic op3 fieri. C
In illa hora dixit ieſus turbis
✠ Tanq̃ ad latronez exiſtis
cum gladijs ⁊ fuſtib⁹ cõprehen
dere me. Quotidie apud vos
ſedebã docẽs in templo ⁊ non
me tenuiſtis. C Hoc aũt totũ
factũ eſt vt adimplerentur ſcri-
pture ꝓphetarũ. Tũc diſcipu-
li oẽs relicto eo fugerũt. At illi
tenẽtes ieſum duxerũt eum ad
cayphã principẽ ſacerdotum:
vbi ſcribe ⁊ ſeniores cõuenerãt
Petrus aũt ſequebat euz a lõ
ge vſq3 in atriũ principis ſacer
dotũ. Et ingreſſus intro ſede-
bat cũ miniſtris vt videret finẽ.
Principes aũt ſacerdotũ et oẽ
cõſiliũ querebant falſum teſti-
moniũ cõtra ieſum: vt eũ mor-
ti traderẽt. ⁊ nõ inuenerũt. cuz
multi falſi teſtes acceſſiſſẽt. No
uiſſime aũt venerunt duo falſi
teſtes: ⁊ dixerũt. S Hic dixit.
Poſſuz deſtruere templũ dei:
et poſt triduum reedificare il-
lud. C Et ſurgẽs princeps ſa
cerdotuz: ait illi. S Nihil re-
ſpondes ad ea q̃ iſti aduerſum
te teſtificãtur C Ieſus aũt ta
cebat. Et princeps ſacerdotuz
ait illi. S Adiuro te ꝑ deũ vi
uũ: vt dicas nobis ſi tu es chri-
ſtus filius dei. C Dixit illi ie
ſus. ✠ Tu dixiſti. Verũtamẽ
dico vobis ammodo videbitis
filiũ hois ſedentẽ a dextris vir
tutis dei: ⁊ venientẽ in nubib⁹
celi. C Tunc princeps ſacer-
dotũ ſcidit veſtimẽta ſua dicẽs
S Blaſphemauit. Quid
adhuc egem⁹ teſtib⁹? Ecce nũc
audiſtis blaſphemiam. Quid
vobis videtur. C At illi rñdẽ
tes. S Reus eſt mortis. C
Tunc expuerũt in faciez eius:
et colaphis eũ ceciderũt. Alij
aũt palmas in faciẽ eius dede-
runt dicentes: S Prophetiſa
nobis chriſte q̃s eſt qui te ꝑcuſ-
ſit? C Petrus vo ſedebat fo-
ris in atrio. Et acceſſit ad eum
vna ancilla dicẽs. S Et tu cũ
ieſu galileo eras. C At ille ne
gauit corã omnib⁹ dicens. S
Neſcio quid dicis. C Exeũ
te aũt illo ianuã: vidit euz alia
ancilla ⁊ ait his qui erant ibi.
S Et hic erat cũ ieſu nazare-
no. C Et iterũ negauit cũ iu-
ramẽto q: nõ nouit hominẽ.
Et poſt puſillũ acceſſerũt qui
aſtabant ⁊ dixerũt petro. S
Vere ⁊ tu ex illis es: nã ⁊ lo-

quela tua manifeſtum te facit.
C Tunc cepit deteſtari ⁊ iura
re q: nõ nouiſſet hoiem. Et cõ
tinuo gallus cãtauit. Et recor-
datꝰ ẽ petrꝰ vbi ihu qd dixerat
prius ꝙ gallus cãtet ter me ne
gabis. Et egreſſus foras: fleuit
amare. Mane aũt facto cõſili
um inierũt oẽs principes ſacer
dotũ ⁊ ſeniores ppli aduerſus
ieſum: vt eũ morti traderẽt. Et
vinctũ adduxerũt eũ ⁊ tradide
rũt pontio pylato pſidi. Tũc
videns iudas qui euz tradidit
ꝙ damnatꝰ eſſet: penitẽtia du-
ctus rettulit triginta argẽteos
pricipibꝰ ſacerdotũ ⁊ ſeniores:
dicẽs. S Peccaui tradẽs ſan-
guinẽ iuſtũ. C At illi dixerũt
S Quid ad nos tu videris. C
Et proiectis argẽteis in tẽplo
receſſit: ⁊ abiẽs laq̃o ſe ſuſpẽdit
Principes autẽ ſacerdotũ acce
ptis argẽteis dixerũt. S Nõ
licet eos mittere in corbanam:
quia preciũ ſanguinis eſt. C
Cõſilio autẽ inito: emerũt ex
illis agrum figuli ĩ ſepulturã
peregrinorũ. Propter hoc vo
catus ẽ ager ille acheldemach
hoc ẽ ager ſanguinis vſq; ĩ ho
diernũ diem. Tunc impletũ ẽ
quod dictuz eſt ꝑ hieremiam
prophetam dicentem. Et acce-
perũt trigĩta argẽteos preciũ-
appreciati: quẽ appreciauerũt
a filijs iſrael: et dederũt eos in
agrum figuli ſicut cõſtituit mi
hi dñs. Jeſus autem ſtetit an-
te preſidem: ⁊ interrogauit euz
preſes dicens. S Tu es rex
iudeorum? C Dixit ei ieſus.
✠ Tu dicis. C Et cum accu
ſaretur a principibus ſacerdo
tum ⁊ ſenioribꝰ: nihil reſpon-
dit. Tunc dicit illi pylatus. S
Nõ audis quãta aduerſuz te
dicũt teſtimonia? C Et nõ re
ſpondit ei ad vllum ꝟbum: ita
vt miraretur preſes vehemen-
ter. Per diem autez ſolennem
cõſueuerat pſes dimittere po-
pulo vnum vinctũ quem volu
iſſent. Habebat autẽ tunc vin-
ctum inſignẽ qui dicebaẗ bar-
rabas: qui propter ſeditionez
miſſus fuerat in carcerem. Cõ
gregatis aũt illis: dixit pylatꝰ.
S. Quẽ vultis dimittam vo-
bis barrabam: an ieſum qui di
citur chriſtus? C Sciebat eñi
ꝙ per inuidiam tradidiſſent
eum. Sedente autem illo pro
tribunali miſit ad illum vxor
eius dicens. S Nihil tibi et
iuſto illi. Multa enim paſſa
ſum hodie per viſum propter
eum. Principes autem ſacer-

dotuꝫ ⁊ ſenioꝛes perſuaſerunt
populis vt peterēt barrabam
ieſum aūt ꝑderent. Reſpōdēs
aūt pꝛeſes ait illis. S Quem
vultis vobis de duobus dimit
ti? C At illi dixerūt S Bar
rabam. C Dicit illis pilatus
S Quid igitur faciaꝫ de ieſu
qui dicit xp̄s? C Dicūt oīs.
S Crucifigatur. C Ait illis
pꝛeſes. S Quid eīm mali fecit
C At illi magis clamabāt di
centes. S Crucifigatur. C Vi
dens aūt pilatus q: nihil ꝓ
ficeret: ſed magis tumultꝰ fieret
accepta aqua lauit manꝰ coꝛaꝫ
populo dicens. S Innocens
ego ſum a ſanguīe iuſti huius
vos videritis. C Et reſpōdēs
vniuerſus ppl's dixit. S San
guis eius ſuꝑ nos: ⁊ ſuꝑ filios
noſtros C Tunc dimiſit illis
barrabam: ieſum aūt flagella
tū tradidit eis vt crucifigeretur.
Tunc milites pꝛeſidis ſuſcipiē
tes ieſum in pꝛetoꝛio cōgrega
uerunt ad eum vniuerſam co
hoꝛteꝫ Et exuētes eū clamidē
coccineam circūdederūt ei. Et
plectentes coꝛonam de ſpinis
poſuerunt ſuper caput eius: et
arundinē in dextera eius. Et
genuflexo ante eum illudebāt
ei dicētes S Aue rex iudeoꝝ

C Et expuētes in eū accepe
runt arūdinē ⁊ ꝑcutiebant ca
put eiꝰ. Et poſtꝙ illuſerunt ei
exuerūt eū clamide ⁊ induerūt
eum veſtimētis eius: ⁊ duxerūt
eum vt crucifigerēt. Exeuntes
aūt inuenerūt hoīem cyreneū
venientē obuiam ſibi: nomine
ſymonē. Hūc angariauerūt vt
tolleret crucē eius. Et venerūt
in locū qui dicitur golgatha: qđ
eſt caluarie locus. Et dederūt
ei vinū bibere cū felle mixtuꝫ
Et cū guſtaſſet noluit bibere.
Poſtꝙ aūt crucifixerūt eū: di
uiſerūt veſtimēta eius: ſoꝛtem
mittētes: vt impleretur quod di
ctum eſt ꝑ ꝓphetā dicentē. Di
uiſerūt ſibi veſtimēta mea: ⁊ ſu
per veſtē meā miſerūt ſoꝛtem.
Et ſedētes ſeruabāt eum. Et i
poſuerūt ſuꝑ caput eiꝰ cauſam
ipſius ſcriptā. Hic eſt ieſus na
ꝫarenus rex iudeoꝝ. Tūc cru
cifixi ſunt cuꝫ eo duo latrones
vnus a dextris ⁊ vnꝰ a ſiniſtris
Pꝛetereūtes aūt blaſphemabāt
eum mouētes capita ſua ⁊ di
centes. S Vach qui deſtruis
templuꝫ dei: ⁊ in triduo illud
reedificas. Salua temetipm̄.
Si filiꝰ dei es: deſcēde de cru
ce. C Similiter ⁊ pꝛincipes ſa
cerdotum illudētes cū ſcribis

et ſenioribus dicebant. S Alij
os ſaluos fecit: ſeipſuz nõ po-
teſt ſaluũ facere. Si rex iſrael
eſt: deſcendat nunc de cruce: et
credim⁹ ei. Cõfidit in deo: libe
ret eũ nunc ſi vult. dixit eñi q: fi
lius dei ſum. C Idipm autez
et latrones qui crucifixi erant
cuz eo iproperabãt ei. A ſexta
aũt hora tenebre facte ſunt ſu-
per vniuerſaz terram: vſqz ad
horã nonam. Et circa horam
nonã clamauit ieſus voce ma-
gna dicẽs. ✠ Hely hely lama
zabathani. C Hoc ẽ. ✠ De⁹
meus deus me⁹: vt quid dereli-
quiſti me? C Quidã aũt illic
ſtantes ⁊ audiẽtes dicebãt. S
Heliã vocat iſte. C Et conti-
nuo currens vn⁹ ex eis acceptã
ſpongiã impleuit aceto: ⁊ impo-
ſuit arũdini. et dabat ei bibere
Ceteri vero dicebãt. S Sine
videamus an veniat helias li-
berans eum. C Jeſus aũt ite
rum clamãs voce magna emi-
ſit ſpiritũ. Et ecce velum tem-
pli ſciſſum eſt in duas partes a
ſummo vſqz deorſum. Et ter
ra mota ẽ: ⁊ petre ſciſſe ſunt et
monumentta apta ſunt ⁊ mlta
corpa ſanctorũ qui dormierãt
ſurrexerũt. Et exeũtes de mo-
numẽtis poſt reſurrectionẽ ei⁹
venerũt in ſanctã ciuitatẽ: ⁊ ap
paruerũt multis. Cẽturio aũt
et qui cũ eo erant cuſtodientes
iħm viſo terre motu ⁊ his q̃ fie
bant timuerũt valde dicentes.
S Vere filius dei erat iſte C
Erant aũt ibi mulieres multe
a lõge q̃ ſecute erãt ipm ag ali
lea: miniſtrãtes ei: inter q̃s erat
maria magdalene ⁊ maria ia-
cobi ⁊ ioſeph mater: et mater
filiorum zebedei. Cuz ſero au
tem factuz eẽt: venit quidã hõ
diues ab arimathia: nomine
ioſeph. q̇ ⁊ ipſe diſcipulus erat
ieſu. Hic acceſſit ad pylatuz: et
petijt corpus ieſu. Tunc pylat⁹
iuſſit reddi corpus. Et accepto
corpore ioſeph: inuoluit illud
in ſyndone munda ⁊ poſuit il
lud in monumento ſuo nouo:
quod exciderat ĩ petra: et ad-
uoluit ſaxum magnum ad ho
ſtiũ monumẽti: ⁊ abijt. Erat
aũt ibi maria magdalene: ⁊ al
tera maria ſedẽtes cõtra ſepul
chrũ. Hic legit ĩ tono euãgelij

Altera autem die q̃ ẽ poſt
paraſceuen: conuenerunt
principes ſacerdotum ⁊ phari
ſei ad pylatum dicẽtes. Domi
ne recordati ſum⁹: q: ſeductor
ille dixit adhuc viuẽs Poſt tres
dies reſurgaz. Jube ergo cuſto

dixit ſepulchrum vſq; in diez ter
tium: ne forte veniāt diſcipuli
eius ⁊ furent eum: ⁊ dicāt ple-
bi ſurrexit a mortuis. Et erit
nouiſſimus error peior priore
Ait illis pilat⁹. Habetis cuſto
diam: ite cuſtodite ſicut ſcitis.
Illi aūt abeuntes munierunt
ſepulchrū: ſignātes lapidē cuz
cuſtodib⁹. Offer. Improperium
expectauit cor meū ⁊ miſeriaz
et ſuſtinui qui ſimul cōtriſtaret
et non fuit: conſolantē me que
ſiui et nō inueni: ⁊ dederūt in
eſcam meā fel: ⁊ in ſiti mea po
tauerūt me aceto. Secreta

Concede queſumus dñe:
vt oculis tue maieſtatis
munus oblatū et grām nobis
deuotionis obtineat: ⁊ effectū
beate pēnitatis acquirat. Per
Prefatio. Eterne deus. Qui
ſalutē humani generis ī ligno
crucis cōſtituiſti. Et dr̄ q̄tidie
vſq; ad feriā ſextā: niſi in miſ-
ſa de feſto ſi occurrerit. Cōio.
Pater ſi non poteſt hic calix
tranſire niſi bibam illum: fiat
voluntas tua. Poſt cōionem.

Per huius dñe operationez
myſterij et vitia nr̄a pur-
gentur: ⁊ iuſta deſideria com-
pleantur. Per dominū noſtrū
Feria. iij. Statio ad ſanctam
Praxedem. Introitus.

Iudica dñe nocentes
me expugna ipugnā-
tes me: apphende ar-
ma ⁊ ſcutū: ⁊ exurge in adiuto
riū meū dñe vtus ſalutis mee
Ps. Effunde frameā ⁊ cōclude
aduerſus eos q̄ pſequunt me
dic aīe mee ſalus tua ego ſum

Da q̄s omps deus Orō.
vt q̄ in tot aduerſis ex no
ſtra infirmitate deficimus: int
cedēte vnigeniti filij tui paſſio
ne reſpiremus. Per eundem.
Lectio eſaie prophete.l. caplo

In diebꝰ illis. Dixit eſayas
Dñs de⁹ aperuit mihi aurē
ego autē nō ꝯdico: retrorſum
nō abij. Corpus meū dedi p-
cutiētibus: ⁊ genas meas vellē
tibus. Faciem meā nō auerti
ab increpātibus ⁊ ꝯſpuentibꝰ
in me. Dñs de⁹ auxiliator me⁹
et ideo nō ſum cōfuſus. Ideo
poſui faciē meā vt petram du-
riſſimā: ⁊ ſcio qm̄ nō ꝯfundar
Iux ē qui iuſtificat me. Quis
ꝯtradicet mihi? Stem⁹ ſimul.
Quis eſt aduerſari⁹ me⁹: acce
dat ad me. Ecce dñs deus au-
xiliator meus ē. Quis eſt qui
ꝯdēnet me? Ecce oēs q̄ſi veſti-
mentū ꝯterent: tinea comedet
eos. Quis ex vobis timēs de

um audiẽs vocẽ ſui eiꝰ Quis ãbulauit in tenebris: ⁊ non eſt lumẽ ei: Speret in noĩe dñi: ⁊ inita᷑ ſuꝑ dñm deũ ſuũ. Ora. Exurge dñe ⁊ intẽde iudiciuz meũ: deus meꝰ ⁊ dñs meus in cauſaz meã. ℣. Effũde frameã ⁊ cõclude aduerſus eos q̇ me ꝑſequun᷑. Scdꝫ Johẽz .xij. c.

IN illo tẽꝑe. Ante ſex dies paſche venit ihs bethaniã vbi lazarꝰ fuerat mortuꝰ: quez ſuſcitauit ieſus. Fecerũt autez ei cenã ibi: ⁊ martha miniſtrabat. Lazarus ꝟo vnus erat ex diſcũbẽtibus cum eo. Maria ergo accepit librã vnguẽti nardi piſtici ꝓcioſi: ⁊ vnxit pedes ieſu: ⁊ extersit capillis ſuis pedes eius: ⁊ domꝰ impleta eſt ex odore vnguẽti. Dixit ergo vnꝰ ex diſcipulis eius iudas ſcariotis q̇ erat eũ traditurꝰ Quare hoc vnguentũ nõ veniit trecentis denariis: ⁊ datũ eſt egenis? Dixit aũt hoc nõ q: de egenis ꝑtinebat ad eũ: ſed q: fur erat et loculos habẽs: ea que mittebant᷑: portabat. Dixit ergo ieſus. Sinite illã: vt in diẽ ſepulture mee ſeruet illud. Pauperes em̃ ſemꝑ habebitis vobiſcũ: me aũt non ſemꝑ habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis: q: illic eẽt: ⁊ venerũt non ꝓpt᷑ ieſuz tm̃: ſꝫ vt lazarũ viderent quẽ ſuſcitauit a mortuis. Offer. Eripe me de inimicis meis dñe ad te ↄfugi doce me facere voluntatem tuam quia deus meus tu es. Secreta.

HEc ſacrificia nos oĩps deꝰ potẽti virtute mundatos ad ſuũ faciant puriores venire principiũ. Per. Cõio. Erubeſcant ⁊ reuereant᷑ ſimul q̇ gratulant᷑ malis meis induantur pudore ⁊ reuerẽtia q̇ maligna loquũt᷑ aduerſuz me. Poſtcõ.

PRebeant nobis domine diuinũ tua ſancta feruorẽ quo eorum pariter ⁊ actu delectemur ⁊ fructu. Per dominũ

Super populum. Oratio.

ADiuua nos deꝰ ſalutaris nr̃: ⁊ ad bñficia recolẽda q̇bꝰ nos iſtaurare dignatus es: tribue veĩre gaudẽtes. Per d.

Feria tertia. Statio ad ſanctam Priſcam. Introitus.

NOs aũt gloriari oportet ĩ cruce domini nr̃i ieſu xp̃i: in quo eſt ſalus vita ⁊ reſurrectio noſtra: ꝑ quem ſaluati et liberati ſumus. ps. Deus miſereatur noſtri et benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos et

miſereatur nobis. Oratio.
OMnipotens ſempiterne
deus da nobis ita dñice
paſſionis ſacramenta pagere:
vt indulgentiam percipere me
reamur. Per dñm noſtrum.
Lectio Hieremie pphe. ij.ca.
IN diebus illis. Dixit hie-
remias. Dñe demonſtraſti
mihi ⁊ cognoui: tu oñdiſti mi
hi ſtudia eoꝝ. Et ego q̄ſi agnꝰ
manſuetꝰ q̇ portaꝛ ad victimā
Et nō cognoui quia cogitaue
runt ſup me conſilia dicentes.
Venite mittamꝰ lignū ī panez
eius: ⁊ eradamus euz de terra
viuentiū: ⁊ nomē eius nō me-
moreꝛ ampliꝰ. Tu aūt dñe ſa
baoth q̇ iudicas iuſte ⁊ probaſ
renes ⁊ corda: videā vltionem
tuam ex eis. Tibi em̄ reuelaui
cām meā dñe deꝰ meus Grad.
Ego aūt dū mihi moleſti eēnt
induebam me cilitio: et humi-
liabam in ieiunio aīam meaz
⁊ oratio mea in ſinu meo con-
uerteꝛ. ℣. Judica domine no-
cētes me: expugna īpugnātes
me: apphende arma ⁊ ſcutum
et exurge in adiutoriuz mihi.
Paſſio dñi noſtri ieſu chriſti
Scdm Marcum. xiiij. caplo.
IN illo tpe. Erat paſcha et
azima poſt biduū. Et que-
rebāt ſummi ſacerdotes ⁊ ſcri-
be quō ieſum dolo tenerent: ⁊
occiderēt. Dicebant enim. S
Non in die feſto. C Ne for
te tumultꝰ fieret in pplo. Et cū
eſſet ieſus bethanie in domo
ſymonis leproſi ⁊ recumberet:
venit mulier habēs alabaſtrū
vnguenti nardi ſpicati pcioſi.
Et fracto alabaſtro effudit ſu
per caput eius. Erāt autē q̇dā
indigne ferētes intra ſemetip-
ſos: dicentes. S Ut q̇d pditio
iſta vnguēti facta eſt? Poterat
em̄ vnguentū iſtud venundari
plus q̄ trecentis denariis ⁊ da
ri paupibus. C Et fremebāt
in eā. Jeſus aūt dixit ✠ Sini
te eam. Quid illi moleſti eſtis
Bonū opus operata eſt ī me
Semp em̄ paupes habebitis
vobiſcū: ⁊ cū volueritis pote-
ſtis illis bn̄facere: me aūt non
ſemp habebitis Qd̄ habuit h
fecit: puenit vngere corpꝰ meuz
in ſepulturā. Amē dico vobis
vbicūq; pdicatū fuerit euāge-
liū iſtud in vniuerſo mūdo: et
q̄ fecit hec narrabiꝛ in memo
riam eius. C Et iudas ſcario
tis vnus de duodecim abiit ad
ſummos ſacerdotes: vt prode-
ret eū illis. Qui audiētes ga-
uiſi ſunt: ⁊ pmiſerūt ei pecuniā

ſe daturos. Et q̄rebat quō illū
oportune traderet. Et primo
die azimoꝝ qñ paſcha immo-
labant: dicunt ei diſcipuli. S
Quouis eam⁹ ⁊ paremus tibi
vt mãduces paſcha. C Et mit
tit duos ex diſcipulis ſuis ⁊ di
cit eis. ✠ Ite in ciuitatẽ: ⁊ oc-
curret vobis homo lagenam
aque baiulãs. Seq̄mini eum.
Et quocunq; introierit: dicite
dño dom⁹: q: magr̄ dicit. Ubi
eſt refectio mea: vbi paſcha cū
diſcipulis meis mãducem? Et
ipe vobis demõſtrabit cenacu
lum grãde ſtratū: ⁊ illic parate
nobis. C Et abierūt diſcipli
eius: ⁊ venerūt in ciuitatẽ: ⁊ in
uenerūt ſicut dixerat illis ⁊ pa
rauerūt paſcha. Ueſpe autȝ
facto venit cū duodecim. Et
diſcūbẽtibus eis ⁊ mãducãtib⁹
ait ieſus. ✠ Amen dico vobis
q: vn⁹ ex vobis tradet me qui
mãducat mecū C At illi cepe
runt ꝯtriſtari ⁊ dicere ei ſingu
lati S Nunq̄d ego? C Qui
ait illis. ✠ Un⁹ ex duodecim
q̄ intingit mecū manū i catino
Et filius quidẽ hoīs vadit ſi-
cut ſcriptū eſt de eo. Ue autȝ
hōi illi p quẽ fili⁹ hoīs tradet.
Bonū erat ei ſi nō eēt nat⁹ hō
ille. C Et mãducãtibus illis
accepit ieſus panẽ ⁊ bñdicens
fregit ⁊ dedit eis: ⁊ ait. ✠ Su
mite hoc eſt corp⁹ meū. C Et
accepto calice grãs agẽs: dedit
eis. Et biberūt ex illo oms: et
ait illis. ✠ Hic eſt ſanguis me
us noui teſtamẽti q̄ pro mltis
effundet. Amẽ dico vobis: q:
iaȝ nō bibã de genimine vitis
vſq; in diẽ illū cū illud bibam
vobiſcū nouū i regno dei. C
Et hymno dicto exierūt i mō
tẽ oliuarū. Et ait illis ihs. ✠
Oẽs vos ſcandaliſabimini in
me nocte iſta: q: ſcriptū ẽ. Per
cutiã paſtorẽ ⁊ diſpgent oues
Sȝ poſtq̄ reſurrexero pcedã
vos in galileã. C Petr⁹ autȝ
ait illi. S Et ſi oẽs ſcãdaliza
ti fuerint: ſȝ nō ego. C Et ait
illi ieſus. ✠ Amẽ dico tibi: q:
tu hodie in nocte hac priuſq̄
bis gallus vocẽ dederit ter me
es negatur⁹. C At ille ampli⁹
loq̄bat S Et ſi oportuerit me
ſimul cōmori tibi: nō te negabo
C Siliter aūt ⁊ oẽs dicebãt
Et veniūt in prediū cui nomẽ
gethſemani ⁊ ait diſcipul' ſuis
✠ Sedete hic donec orẽ. C
Et aſſumit petrū ⁊ iacobū ⁊
iohannẽ ſecū: ⁊ cepit pauere ⁊
tedere. Et ait illis. ✠ Triſtis
eſt aïa mea vſq; ad mortẽ Su

ſtine:⁊ hic ⁊ vigilate. C Et cũ
ꝓceſſiſſet paululũ,ꝓcidit ſuper
terrã ⁊ oꝛabat vt ſi fieri poſſet
tranſiret ab eo hoꝛa:⁊ dixit ✠
Abba pater oĩa tibi poſſibi
lia ſunt tráffer calicẽ hũc a me
Sed nõ quod ego volo:ſʒ qḋ
tu. C Et venit ⁊ inuenit eos
doꝛmiẽtes. Et ait petro ✠ Si
mõ doꝛmis. Nõ potuiſti vna
hoꝛa vigilare mecũ? Vigilate
et oꝛate vt nõ intretis in tenta
tionẽ. Spũs quidẽ pꝛomptuſ
eſt:caro autẽ infirma. C Et
iterũ abiens oꝛauit eundẽ ſer-
monẽ dicens. Et reuerſus de-
nuo: inuenit eos doꝛmientes.
Erant eñ oculi eoꝝ grauati:
et ignoꝛabant qḋ rñderent ei.
Et venit tertio: et ait illis. ✠
Doꝛmite iã ⁊ requieſcite. Suffi
cit. Venit hoꝛa ecce tradetᷣ filiꝰ
hoĩs in manus pctõꝝ. Surgi
te eamꝰ:ecce qui me tradet,ꝓpe
eſt. C. Et adhuc eo loquente
venit iudas ſcarioth vnus ex
duodecim:et cũ eo turba mul
ta cum gladijs ⁊ lignis miſſi a
ſummis ſacerdotibꝰ ⁊ ſcribis ⁊
ſenioꝛibꝰ. Dederat aũt traditoꝛ
eis ſignũ dicẽs. S Queͨunqꝫ
oſculatꝰ fuero ip̃e eſt tenete eũ
⁊ ducite eũ caute. C Et cũ ve
niſſʒ ſtatĩ accedẽſ ad eũ ait S

Rabbi. C Et oſculatus ẽ eũ
At illi manus iniecerũt in eũ:
et tenuerũt eum. Vnꝰ autẽ de
circũſtãtibus educens gladiuʒ
ꝑcuſſit ſuũ ſummi ſacerdotis:
et amputauit illi auriculã. Et
rñdẽs ieſus ait illis. ✠ Tanq̃
ad latronẽ exiſtis cũ gladijs ⁊
lignis cõpꝛehẽdere me. Quo-
tidie eram apud vos in tẽplo
docẽs:⁊ nõ me tenuiſtis. Sed
vt adimpleantur ſcripture. C
Tũc diſcipuli eiꝰ relinquẽtes
eum oẽs fugerũt. Adoleſcens
aũt quidã ſequebatᷣ eũ amictꝰ
ſyndone ſuꝑ nudo:⁊ tenuerũt
euʒ. At ille relicta ſyndone nu
dus ꝓfugit ab eis. Et adduxe-
runt ieſum ad ſummũ ſacerdo
tem. ⁊ cõuenerũt in vnũ oẽs
ſacerdotes ⁊ ſcribe ⁊ ſenioꝛes.
Petrꝰ aũt a longe ſecutꝰ eſt eũ
vſqꝫ intro in atriũ ſummi ſacer
dotis ⁊ ſedebat cũ miniſtris et
calefaciebat ſe ad ignẽ. Sũmi
vo ſacerdotes ⁊ oẽ cõſiliuʒ q̃
rebant aduerſus ieſum teſtimo-
nium vt eũ moꝛti traderẽt:nec
inueniebãt. Multi eñ teſtimo
niũ falſum dicebant aduerſus
eũ:⁊ cõueniẽtia teſtimonia nõ
erant. Et qdã ſurgẽtes falſum
teſtimonium ferebãt aduerſus
eum dicẽtes. S. Qm̃ nos au-

diuinus eum dicentẽ. Ego diſ
ſoluã templũ hoc manufactuȝ
et poſt triduũ aliud nõ manu-
factũ edificabo. Et nõ erat cõ-
ueniẽs teſtimoniũ illoꝝ. Et ex-
urgẽs ſumm⁹ ſacerdos ĩ mediũ
interrogauit ihm dicẽs. S. Nõ
rñdes quicq̃ ad ea q̃ tibi obij-
ciunt ab his? C. Ille aũt tace
bat: ꝛ nihil rñdit. Rurſus ſum
mus ſacerdos interrogabat eũ ꝛ
dixit ei. S. Tu es xp̃s fili⁹ dei
bñdicti? C. Jeſus aũt dixit il-
li. ✠ Ego ſum. Et videbitis fi
lium hoĩs ſedentẽ a dextris vir
tutis dei: ꝛ veniẽtẽ cũ nubibus
celi. C. Sũmus aũt ſacerdos
ſcindens veſtimẽta ſua ait. S.
Quid adhuc deſideram⁹ teſtes
Audiſtis blaſphemiã. Quid
vobis videt. C. Qui oẽs ꝯdẽ-
nauerũt eum eſſe reũ mortis.
Et ceperũt quidã cõſpuere eũ
et velare faciẽ eius: ꝛ colaphis
eum cedere: ꝛ dicere ei S. Pro
phetiſa. C. Et miniſtri alapis
eum cedebãt. Et cũ petrus eẽt
in atrio deorſum venit vna ex
ancillis ſummi ſacerdotis: ꝛ cũ
vidiſſet petrũ calefacientem ſe
aſpiciẽs illũ ait. S. Et tu cũ ie
ſu nazareno eras. C. At ille
negauit dicẽs. S. Neſcio neq̃
noui q̃d dicas. C. Et exijt fo-
ras ante atriũ: ꝛ gall⁹ cantauit.
Rurſus aũt cũ vidiſſet illum
alia ancilla cepit dicere circum
ſtãtibus. S. Qꝛ hic ex illis eſt
C. At ille iterum negauit. Et
poſt puſillũ rurſus q̃ aſtabant
dicebãt petro. S. Uere ex illis
es: nã et galile⁹ es. C. Ille autẽ
cepit anathematizare ꝛ iurare
qꝛ neſcio hoĩeȝ iſtũ quẽ dicitis
Et ſtatim iterũ gallus cãtauit.
Et recordat⁹ eſt petr⁹ vbi qd di
xerat ei ihs: priuſq̃ gall⁹ cantet
bis: ter me negabis. Et cepit
flere. Et ꝯfeſtim mane ꝯſiliuȝ
faciẽtes ſummi ſacerdotes cuȝ
ſenioribus ꝛ ſcribis ꝛ vniuerſo
ꝯſilio: vinciẽtes ihm duxerũt ꝛ
tradiderũt pilato. Et interroga-
uit eum pilatus. S. Tu es rex
iudeoꝝ. C. At ille rñdẽs ait il
li. ✠ Tu dicis. C. Et accuſa-
bant euȝ ſummi ſacerdotes in
mltis. Pilat⁹ aũt rurſum intro
gauit eũ dicẽs. S. Nõ rñdes
q̃cq̃: vides in q̃tis te accuſant?
C. Ihs aũt ãplius nihil rñdit
ita vt miraret pilat⁹. Per dieȝ
ãt feſtũ ſolebat ill⁹ dimittẽ vnũ
ex vinct̃ quẽcũq; petiſſẽt. Erat
aũt q̃ dicebat barrabas: q̃ cuȝ
ſeditioſis erat vict⁹: q̃ ĩ ſeditiõe
fecerat hõicidiũ. Et cũ aſcẽdiſ
ſet turba: cepit rogare ſic̃ ſp fa-

clebat illis. Pilatus aūt rñdit eis ⁊ dixit. S Vultis dimittā vobis regē iudeoꝝ? C Sciebat enī q̇ ꝑ inuidiā tradidiſſēt eū ſummi ſacerdotes. Pōtifices aūt cōcitauerūt turbaꝫ: vt magis barrabā dimitteret eis Pilatus aūt iterū rñdens ait illis. S Quid ergo vultis faciam regi iudeoꝝ? C At illi iterū clamauerūt. S Crucifige eum. C Pilat⁹ vo dicebat eis S Quid enī mali fecit. At illi magis clamabāt. S Crucifige eum. C Pilat⁹ autē volens ppl'o ſatiſfacere dimiſit ill' barrabam: ⁊ tradidit ieſuꝫ flagell' ceſuꝫ vt crucifigeret. Milites aūt duxerūt eū intro in atriū ptorij: ⁊ cōuocāt totā cohortē Et induūt eū purpurea ⁊ imponūt ei plectētes ſpineā coronam: ⁊ ceperūt ſalutare eū. S Aue rex iudeoꝝ. C Et ꝑcutiebant caput ei⁹ arūdine: ⁊ cōſpuebāt euꝫ: ⁊ ponētes genua adorabāt eū. Et poſt q̄ illuſerunt ei exuerūt illū purpura: ⁊ induerūt eū veſtimentis ſuis ⁊ educūt illū vt crucifigerēt eū Et āgariauerūt ptereūtē quēpiā ſymonē cyreneū venientē de villa patrē alexādri ⁊ ruffi vt tolleret crucē ei⁹. Et ꝑducūt eum in golgotha locū: qđ ē interp̄tatū caluarie loc⁹: ⁊ dabāt ei bibere mirrhatū vinū: ⁊ nō accepit. Et crucifigētes euꝫ diuiſerūt veſtimēta ei⁹: mittētes ſortē ſuꝑ eis: vt q̇s q̇d tolleret. Erat aūt hora tertia ⁊ crucifixerūt eum. Et erat titul⁹ cauſe eius ſcriptus: rex iudeoꝝ. Et cū eo crucifigūt duos latrones vnū a dextris eius: ⁊ aliū a ſiniſtris. Et adipleta eſt ſcriptura q̄ dicit. Et cū iniq̇s reputatus eſt. Et ptereūtes blaſphemabant eum mouētes capita ſua ⁊ dicētes. S Vach qui deſtruis templū dei: ⁊ in tribus diebus reedificas? Saluū fac temetipm deſcendēs de cruce. C Silr̄ ⁊ ſummi ſacerdotes illudētes ad alterutrū cum ſcribis dicebant. S Alios ſaluos fecit: ſeipm ſaluuꝫ nō pōt facere. Xp̄s rex iſrl' deſcendat nūc de cruce vt videam⁹ ⁊ credamus. C Et q̇ cū eo crucifixi erant cōuiciabant ei. Et facta hora ſexta tenebre facte ſūt ſuꝑ totā terrā vſq; in horā nonam. Et hora nona exclamauit ieſus voce magna dicēs ✠ Heloy heloy lamazabathani C Quod eſt interp̄tatuꝫ. ✠ Deus meus de⁹ me⁹: vt q̇d de

reliqſti me. ¶ Et qdã d circũ
ſtantibus audiẽtes dicebãt S
Ecce helyã vocat. ¶ Currẽs
aũt vnus ꝛ implẽs ſpongiam
aceto:circũponẽſqꝫ calamo po
tum dabat ei dicẽs. S Sinite
videam' ſi venit helyas ad de
ponendũ eũ. ¶ Jeſus autem
emiſſa voce magna expirauit.
Et velũ tẽpli ſciſſum eſt i duo
a ſummo vſqꝫ deorſuꝫ. Videns
aũt cẽturio qui ex aduerſo ſta
bat:q: ſic clamãs expiraſſet ait
S Uere hõ hic fili' dei erat.
¶ Erant aũt ibi mulieres de
longe aſpiciẽtes: inter qs erat
maria magdalene ꝛ maria ia
cobi minoris ꝛ ioſeph mater:
et ſalome. Et cũ eſſent in gali
lea ſeqbant eũ ꝛ miniſtrabãt
ei:et alie multe que ſimul cum
eo aſcenderãt hieroſolymam.
Hic legitur in tono euãgelij.
ET cũ iam ſero eſſet factũ
q: erat paraſceue quod ẽ
ante ſabbatũ: venit ioſeph ab
arimathia nobilis decurio: q
et ipe erat expectãs regnũ dei.
Et audacter introiuit ad pila
tum ꝛ petijt corp' ieſu. Pilat'
aũt mirabat ſi iã obijſſet. Et
accerſito cẽturione interrogauit
eũ ſi iam mortu' eẽt. Et cũ co
gnouiſſet a cẽturione donauit
corpus ioſeph. Joſeph autem
mercat' ſyndonẽ: ꝛ deponens
eũ inuoluit ſyndone: ꝛ poſuit
eũ i monumẽto qd erat exciſuꝫ
de petra: ꝛ aduoluit lapidẽ ad
oſtium monumẽti. Offer. Cu
ſtodi nos dñe de manu pecca
toris ꝛ ab hominibus iniquis
eripe me domine. Secreta.
SAcrificia nos qs dñe ppẽ
tius iſta reſtaurẽt: q medi
cinalib' ſunt inſtituta ieiunijs.
Per Cõio. Aduerſum me ex
ercebant qui ſedebãt in porta
ꝛ in me pſallebãt qui bibebãt
vinũ: ego vero orõnẽ meã ad
te dñe tps bñplaciti de' in mul
titudine mie tue. Poſt cõ.
SAnctificatiõib' tuis ops
deus et vitia nr̃a curent:
et remedia nobis ſempit'na p
ueniãt. Per. Sup pplꝫ. Oro
TUa nos mia deus et ab
omni ſurreptõe vetuſtat
expurget: ꝛ capaces ſancte no
uitatis efficiat. Per dominuꝫ
Feria. iiij. Statio ad ſanctaꝫ
Mariã maiorem. Introitus.
IN noie dñi oẽ genu
i flectat celeſtiuꝫ terre
ſtrium ꝛ infernoꝝ: q:
dñs factus eſt obediẽs vſqꝫ ad
mortẽ: mortẽ aũt crucis: ideo
dñs ihs xps in glia ẽ dei pris.

ps. Dñe exaudi orōnē meā:et clamor meꝰ ad te veiat. Oremꝰ Flectamus genua Leua. Oro

Preſta q̄s oīps deus: vt q̄ noſtris exceſſibꝰ inceſſant affligimur:ꝑ vnigeniti tui paſſionem liberemur. Qui tecum

Lectio eſaye ꝓphete.lxiij.cap.

Hec dicit dñs deꝰ. Dicite filie ſyō:ecce ſaluator tuꝰ venit:ecce merces eius cum eo. Quis eſt iſte q̄ venit de edō tīctis veſtibus de boſra. Iſte formoſus in ſtola ſua gradiēs in mltitudine fortitudis ſue Ego q̄ loquor iuſtitiā ⁊ ꝓpugnator ſuȝ ad ſaluandū. Quare ergo rubrum eſt indumentū tuum ⁊ veſtimēta tua ſicut calcantium in torculari. Torcular calcaui ſolus:⁊ de gētibus nō ē vir mecū. Calcaui eos in furore meo ⁊ cōculcaui eos in ira mea. Et aſpſus eſt ſanguis eoꝝ ſup veſtimēta ſua:⁊ oīa indumēta mea inq̄naui. Dies em̄ vltionis in corde meo:annus retributiōis mee venit:circūſpexi ⁊ nō erat auxiliator q̄ſiui ⁊ nō fuit q̄ adiuuaret. Et ſaluauit mihi brachiū meū ⁊ idignatio mea ipa auxiltata eſt mihi. Et cōculcaui poplos in furore meo: ⁊ inebriaui eos in indignatōe mea et detraxi virtutē eoꝝ in terrā Miſerationū dñi recordabor laudē dñi ſup oībus que reddidit nobis dñs deus nr̄. Grad.

Ne auertas faciē tuā a puero tuo:qm̄ tribulor velocit̄ exaudi me. ℣. Saluū me fac deꝰ qm̄ ītrauerūt aq̄ vſq; ad aīam meā infixus ſum in limo ꝓfundi et nō ē ſubſtātia. Hic dr: Dñs vobiſcū. ſine Flectamꝰ ge. Oratio

Deus q̄ ꝓ nobis filiū tuū crucis patibulū ſubire voluiſti: vt inimici a nobis expelleres ptātem: cōcede nobis famulis tuis:vt reſurrectōis gratiam cōſequamur. Per eundē

Lectio eſaye ꝓphete. liij. ca.

In dieb' illis. Dixit eſayas Dñe quis credidit auditui nr̄o ⁊ brachiū dñi cui reuelatū eſt. Et aſcēdet ſicut vgultū corā eo:⁊ ſicut radix de terra ſitiēti et nō eſt ſpēs ei neq; decor. Et vidimus eū ⁊ nō erat aſpectus et deſiderauimus eū deſpectū et nouiſſimū viroꝝ:virū dolorum et ſcientē infirmitatē. Et quaſi abſconditus vultꝰ eius et deſpectꝰ: vnde nec reputauimꝰ eum. Vere lāguores nr̄os ipe tulit:⁊ dolores nr̄os ipe portauit. Et nos putauimꝰ eū quaſi leproſum:et percuſſuȝ a deo

humiliatū. Ipſe aūt vulnerat⁹
eſt ꝓpter iniquitates nr̄as: at-
tritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra.
Diſciplina pacis noſtre ſup eū
⁊ liuore eius ſcti ſumus. Om̄s
nos q̄ſi oues errauim⁹: vnuſq̄ſ
ꝗ in viam ſuam declinauit: et
dn̄s poſuit ī eo iniquitatē om-
nium noſtruz. Oblatus eſt q2
ipſe voluit: ⁊ nō apuit os ſuuz
Sicut ouis ad occiſionē duce-
tur: ⁊ q̄ſi agnus corā tondāte ſe
obmuteſcet: ⁊ nō apiet os ſuū.
De anguſtia ⁊ de iudicio ſub-
latus ē: generationē ei⁹ q̄s enar
rabit? Q2 abſciſus eſt de terra
viuētiuz. Propt̄ ſcelus populi
mei percuſſi eū: ⁊ dabit impi-
os ꝓ ſepultura: et diuites pro
morte ſua eo ꝙ iniquitatē non
fecerit neq3 dolus inuētus fue-
rit in ore ei⁹. Et dn̄s voluit con
terere eū in īfirmitate. Si po-
ſuerit ꝓ pctō aīam ſuā: videbit
ſemē longeuū: ⁊ volūtas dn̄i ī
manu eius dirigetꝛ; ꝓ eo ꝙ tra
didit in mortē aīam ſuā: ⁊ cum
ſceleratis reputatus eſt. Et ip̄e
peccatū multoꝝ tulit: ⁊ ꝓ tranſ
greſſorib⁹ orauit vt nō perirent
Tractus. Dn̄e exaudi oratio-
nem meā ⁊ clamor meus ad te
veniat. ℣. Ne aduertas faciez
tuā a me in quacūq3 die tribu-
lor: inclina ad me aurē tuaz. ℣.
In quacūq3 die inuocauero te
velociter exaudi me. ℣. Quia
defecerūt ſicut fumus dies mei:
⁊ oſſa mea ſicut in frixorio con
frixa ſunt. ℣. Percuſſus ſum ſi
cut fenū ⁊ aruit cor meū: q2 ob-
litus ſuz comedere panē meū.
℣. Tu exurgens dn̄e miſerebe-
ris ſyō q2 vēit tp̄s miſerēdi ei⁹.

Paſſio domini noſtri ieſu xp̄i
Secundum Lucam xxij. ca.

IN illo tpe. c Appropin-
quabat aūt dies feſtus azi-
morū: q̄ dicitur paſcha. Et que
rebāt pꝛicipes ſacerdotū ⁊ ſcri
be quomō ieſum interficerent
Timebant v̄o plebē. Intrauit
aūt ſathanas in iudā: q̄ cogno
minabatꝛ ſcarioth vnū de duo
decim ⁊ abijt ⁊ locutus eſt cuz
principib⁹ ſacerdotum ⁊ magi-
ſtratib⁹: quēadmodū traderet
illū eis. Et gauiſi ſunt et pacti
ſunt pecuniā illi dare: ⁊ ſpopō-
dit. Et querebat oportunitatē
vt traderet eū ſine turbis. Ve-
nit aūt dies azimorū in qua ne
ceſſe erat occidi paſcha ⁊ miſit
petrū ⁊ iohannē dicēs ✠ Eū
tes parate nobis paſcha: vt mā
ducem⁹. c At illi dixerūt. s
Vbi vis parem⁹? c Et dixit
ad eos. ✠ Ecce introeūtibus

vobis ĩ ciuitatẽ occurret vobis
hõ amphorã aque portãs ſeq̄-
mini eũ ĩ domũ in quã intrat:
et dicetis p̄rifamilias domus.
Dicit tibi magiſter: vbi eſt di-
uerſoriũ vbi paſcha cũ diſcipu
lis meis manducẽ? Et ipſe vo-
bis oñdet cenaculum magnum
ſtratum: et ibi parate. ¶ Eũ
tes autem inuenerunt ſicut di-
xit illis ieſus: et parauerũt pa-
ſcha. Et cuȝ facta eſſet hora di
ſcubuit: ⁊ duodecĩ apl'i cum eo
et ait illis. ✠ Deſiderio deſide
raui hoc paſcha mãducare vo-
biſcũ anteq̃ꝫ patiar. Dico eniȝ
vobis: q: ex hoc non mãduca-
bo illud donec ĩpleat̃ in regno
dei. ¶ Et accepto calice gr̃as
egit ⁊ dixit. ✠ Accipite ⁊ diui
dite inter vos. Dico eñ vobis
q: nõ bibaȝ de gñatione vitis:
donec regnũ dei veniat. ¶ Et
accepto pane gr̃as egit: ⁊ fregit
⁊ dedit eis dicẽs. ✠ Hoc ẽ cor
pꝰ meũ qḋ ꝓ vobis dat̃. Hoc
facite in meã cõmemorationẽ.
¶ Similiter ⁊ caliceȝ poſt q̃ꝫ
cenauit dicens. ✠ Hic ẽ calix
nouũ teſtamentũ in ſanguine
meo: qui ꝓ vobis effundetur.
Verũtamẽ ecce manꝰ tradẽtis
me mecũ eſt ĩ mẽſa. Et quidaȝ
filius hoĩs ſꝫm q̃ꝫ diffinitũ eſt
vadit. Verũtamẽ ve hõi illi ꝑ
quẽ tradet̃. ¶ Et ipſi ceperũt
q̄rere inter ſe q̇s eſſet ex his q̇
hoc facturꝰ eſſet. Facta ẽ aũt cõ
tentio inter eos quis eorũ vide
retur eſſe maior. Dixit aũt eis.
✠ Reges gentiũ dñantur eo
rum: ⁊ q̇ poteſtatẽ habẽt ſuper
eos bñfici vocãt̃. Vos aũt nõ
ſic: ſȝ q̇ maior ẽ ĩ vobis fiat ſic̃
minor: ⁊ q̇ p̄ceſſor ẽ ſic̃ miſtra
tor. Naȝ q̇s maior eſt: q̇ recũ-
bit: an q̇ miniſtrat? Nõne qui
recumbit? Ego autẽ in medio
veſtrũ ſum ſic̃ q̇ miſtrat. Vos
autẽ eſtis q̇ ꝑmãſiſtis mecum ĩ
tẽptationibus meis. Et ego di
ſpono vobis ſicut diſpoſuit mi
hi pater meꝰ regnũ: vt edatis ⁊
bibatis ſuꝑ menſaȝ meã in re-
gno meo ⁊ ſedeatis ſuper thro
nos iudicantes duodecĩ tribus
iſrael. ¶ Ait aũt dñs ſymoni.
✠ Symon ecce ſathanas ex-
petiuit vos vt cribraret ſicut tri
ticuȝ: ego aũt rogaui ꝓ te vt nõ
deficiat fides tua. Et tu aliq̃n
cõuerſus cõfirma fratres tuos.
¶ Qui dixit ei ✠ Dñe tecũ
paratꝰ ſuȝ ⁊ in carcerẽ ⁊ ĩ mor-
tem ire. ¶ Et ille dixit. ✠
Dico tibi petre nõ cãtabit ho-
die gallꝰ donec ter abneges noſ
ſe me. ¶ Et dixit eis. ✠ Quã

do miſi vos ſine ſacculo ꝛ pera
et calciamētis:nūq̄d aliq̄d de-
fuit vobis. ¶ At illi dixerūt.
S Nihil. ¶ Dixit ergo eis
✠ Sed nunc quib⁹ ſacculū tol
lat ſimiliter ꝛ perā. Et q̄ nō ha
bet vendat tunicā ſuaꝫ ꝛ emat
gladiū. Dico em̄ vobis:q̄m ad
huc hoc qđ ſcriptū eſt opꝫ im-
pleri in me. Et cum iniquis de
putatus eſt. Etem̄ ea q̄ ſunt de
me finē hn̄t. ¶ At illi dixerūt
S Dn̄e ecce gladij duo hic.
¶ At ille dixit eis. ✠ Satis
eſt. ¶ Et egreſſus ibat ƀm cō
ſuetudinē i mōtē oliuarū. Se
cuti ſunt autē illuꝫ et diſcipuli
eius. Et cū ꝑueniſſent ad locū
dixit illis. ✠ Orate ne intret̄
in tēptationē. ¶ Et ipſe auul
ſus eſt ab eis quantū iactus eſt
lapidis. Et poſitis genib⁹ ora-
bat dicēs. ✠ Pater ſi vis tranſ
fer calicē iſtum a me. Verūta-
men nō mea voluntas:ſed tua
fiat. ¶ Apparuit aūt illi an-
gelus de celo cōfortās euꝫ. Et
factus i agonia ꝓlixius orabat
Et factus ē ſudor ei⁹ ſicut gutte
ſanguinis decurrētis in terrā.
Et cum ſurrexiſſet ab oratio-
ne et veniſſet ad diſcipulos ſu-
os inuenit eos dormiētes pre-
triſtitia. Et ait illis. ✠ Quid
dormitis. Surgite et orate ne
intretis in tēptationē. ¶ Ad
huc eo loquēte ecce turba: et q̄
vocabatur iudas vn⁹ de duode
cim antecedebat eos. Et appro
pinquauit ieſu vt oſcularetur
eū. Jeſus aūt dixit illi. ✠ Ju-
da oſculo filiuꝫ hoīs tradis ?
¶ Videntes autē hi q̄ circa
ipm̄ erant qđ futurū erat dixe-
rūt ei. S Dn̄e ſi percutimus
in gladio? ¶ Et ꝑcuſſit vnus
ex illis ſeruū principis ſacerdo
tuꝫ ꝛ amputauit auriculā eius
dexterā. Rn̄dens aūt ih̄s ait.
✠ Sinite vſq; huc. ¶ Et cū
tetigiſſet auriculā eius:ſanauit
eum. Dixit ih̄s ad oēs qui ve-
nerant ad ſe principes ſacerdo
tum ꝛ magiſtratus tēpli et ſeni
ores. ✠ Quaſi ad latronē exi
ſtis cum gladijs et fuſtib⁹: cum
quotidie vobiſcū fuerī in tēplo
et nō extēdiſtis manus in me.
ſed hec eſt hora vr̄a ꝛ poteſtas
tenebrarū. ¶ Cōprehēdētes
aūt eū duxerūt ad domū prin-
cipis ſacerdotuꝫ. Petr⁹ ꝟo ſeq̄-
batur eū a longe. Acceſo autē
igne in medio atrio: et circūſe-
dentibus illis:erat petr⁹ in me-
dio eoꝝ. Quē cū vidiſſet ancil
la quedā ſedentē ad lumē: ꝛ cū
fuiſſet intuita dixit. S Et hic

cū illo erat. c At ille negauit
eū dicēs. s Mulier nō noui
illū. c Et poſt puſillū aliꝰ vi-
dēs eū dixit. s Et tu de illꝭ es
c Petrꝰ vo ait. s O hō nō
ſuz. c Et interuallo facto q̄
ſi hore vnius aliꝰ q̄dā affirma-
bat dicēs. s Uere ꝛ hic cuz il
lo erat: nā ꝛ galileus ē. c Et
ait petrus. s Hō neſcio q̄d di
cis. c Et cōtinuo adhuc illo
loquēte cātauit gallus. Et con
uerſus dn̄s reſpexit petrū. Et
recordatꝰ eſt petrꝰ vbi dn̄i ſicut
dixerat: qꝛ priuſq̄ꝫ gallus cātet
ter me negabis. Et egreſſus fo
ras petrus: fleuit amare. Et vi
ri qui tenebāt ihm illudebant
ei: cedētes eū. Et velauerūt eū:
et ꝑcutiebāt faciē eius: ꝛ inter-
rogabāt euz dicētes: s Pro-
phetiſa q̄s ē qui te ꝑcuſſit? c
Et alia multa blaſphemantes
dicebāt in eū. Et vt factꝰ ē dies
cōuenerūt ſeniores plebis ꝛ pri
cipes ſacerdotū ꝛ ſcribe: et du-
xerūt illū in cōſiliū ſuū dicētes
s Si tu es xp̄s dic nobis c
Et ait illis. ✠ Si vobis dixe
ro nō creditis mihi. Si aūt ꝛ i
terrogauero nō r̄ndebitis mi-
clerum: et deuotiſſimum po-

pulum vna cum beatiſſimo
papa noſtro. N. quiete tem-
porum conceſſa in his paſcha-
libus gaudijs aſſidua prote-
ctione regere et gubernare et
conſeruare digneris. Reſpice
etiam ad deuotiſſimū impera
torem noſtrū: cuius tu deus de
ſiderij vota prenoſcens: ineffa

bili pietatis ꝛ miſericordie tue
munere tranquilluꝫ perpetue
pacis accommoda: et celeſtem
victoriam cum omni populo
ſuo. Per dominū noſtrum ie-
ſum xp̄m filium tuuꝫ. Qui te-
cum viuit et regnat in vnitate
ſpūſſancti deus. Per omnia
ſecula ſeculoꝝ. R. Amen.

Completa bñdictione cerei ſa
cerdos ⁊ mĩſtri induti more ſo
lito ante altare ꝓcedũt: et facta
reuerẽtia ĩ locĩ ſuis ſedẽt Poſt
ea leguntur ꝓphetie ſine titulo
⁊ in fine ꝓphetiarũ dicũt ora-
tiones more ſubſcripto. Pro-
phetia prima Geneſis. i. capi.

In principio creauit deus
celum ⁊ terram. Terra autẽ
erat inanis ⁊ vacua: ⁊ tenebre
erant ſup̲ faciem abyſſi: ⁊ ſpũs
dñi ferebatur ſup̲ aq̃s. Dixitq̃
deus. Fiat lux. Et facta eſt lux
Et vidit deus lucẽ ꝙ eſſʒ bona
et diuiſit lucẽ a tenebris. Ap-
pellauitq̃ lucẽ diẽ: ⁊ tenebras
noctem. Factumq̃ eſt veſpe et
mane dies vnus. Dixit quoq̃
deus. Fiat firmamentũ in me-
dio aquarũ: et diuidat aquas
ab aquis. Et fecit deus firma-
mentuz: diuiſitq̃ aquas q̃ erãt
ſub firmamẽto ab his que erãt
ſuper firmamentum. Et factuz
eſt ita. Vocauitq̃ deus firma-
mentũ celum. Et factum eſt ve
ſpere et mane dies ſecundus.
Dixit vero deus. Congregent
aque que ſub celo ſunt in locũ
vnũ ⁊ appareat arida. Factũ-
q̃ eſt ita. Et vocauit deus ari-
dam terram: congregationeſq̃
aquarũ appellauit maria. Et
vidit deus ꝙ eẽt bonum: ⁊ ait.
Germinet terra herbã viren-
tem et facientẽ ſemen ⁊ lignuz
pomiferum faciens fructũ iu-
xta genus ſuum: cuius ſemẽ in
ſemetipſo ſit ſuper terram. Et
factum eſt ita. Et protulit ter
ra herbam virentem ⁊ afferen
tem ſemẽ iuxta genus ſuum: li-
gnumq̃ faciens fructum et ha-
bens vnumquodq̃ ſementem
ſm ſpeciem ſuam. Et vidit de-
us ꝙ eſſet bonum. Factumq̃
eſt veſpere ⁊ mane dies tertius
Dixit aũt deus. Fiãt lumina-
ria in firmamẽto celi ⁊ diuidãt
diem ac noctem: ⁊ ſint in ſigna
et tempora ⁊ dies et annos: vt
luceant in firmamẽto celi: et il
luminant terram. Et factum ẽ
ita. Fecitq̃ de⁹ duo magna lu-
minaria: luminare maius: vt p̃
eſſet diei. Et luminare minus:
vt preeſſet nocti: et ſtellas. Et
poſuit eas in firmamento celi
vt lucerent ſuper terram: ⁊ pre-
eſſent diei ac nocti vt diuiderẽt
lucem ac tenebras. Et vidit de
us ꝙ eſſet bonũ. Et factum eſt
veſpere ⁊ mane dies quartus.
Dixit etiam deus. Producant
aque reptile anime viuentis et
volatile ſuper terrã ſub firma-
mento celi. Creauitq̃ de⁹ cete
grandia: ⁊ omnem animam vi-
uentem atq̃ motabilem quã

producxerant aque i ſpecies ſu-
as:et omne volatile ſm genus
ſuuz. Et vidit deus ꝙ eſſet bo
nuz:benedixitq; eis dicēs. Cre
ſcite ꝛ multiplicamini ꝛ reple-
te aquas maris:aueſq; multi-
plicentur ſup terrā. Et factum
ē veſpere ꝛ mane dies quintus
Dixit quoq; deꝰ. Producat ter
ra animam viuentem i genere
ſuo iumēta ꝛ reptilia:ꝛ beſtias
terre ſm ſpecies ſuas. Factum
q; eſt ita. Et fecit deus beſtias
tre iuxta ſpecies ſuas:iumēta
et omne reptile terre in genere
ſuo. Et vidit deꝰ ꝙ eſſet bonuz
et ait. Faciamus hominem ad
imaginem ꝛ ſimilitudinem no
ſtram:ꝛ preſit piſcibus maris
et volatilibus celi:ꝛ beſtijs vni
uerſeq; terre:omniq; reptili qd
mouetur i terra. Et creauit de
us hoīez ad imaginem ſuā:ad
imaginē dei creauit illum:ma-
ſculum ꝛ feminam creauit eos
Bn̄dixitq; illis deꝰ ꝛ ait. Cre
ſcite ꝛ multiplicamini ꝛ reple-
te terrā et ſubijcite eam:et dn̄a
mini piſcibus maris ꝛ volatili
bus celi:ꝛ vniuerſis aīantibus
que mouētur ſup terrā. Dixit
q; deꝰ. Ecce dedi vobis omnē
herbā afferentē ſemē ſuper ter
ram ꝛ vniuerſa ligna q̄ habent
in ſemetipſis ſementez generis
ſui vt ſint vobis in eſcam ꝛ cū-
ctis aīantibꝰ terre oīq; volucri
celi ꝛ vniuerſis q̄ mouentur in
terra ꝛ in q̄bus eſt aīa viuēs vt
habeāt ad veſcendū. Et factuz
eſt ita. Viditq; deꝰ cuncta q̄ fece
rat:ꝛ erāt valde bona. Et factū
eſt veſpe ꝛ mane dies ſextꝰ. Igi
tur pfecti ſunt celi ꝛ terra ꝛ oīs
ornatus eorū. Cōpleuitq; deꝰ
die ſeptimo opus ſuū qd fece-
rat ꝛ reqeuit die ſeptīo ab vni-
uerſo opere qd patrarat. Qua
cōpleta ſacerdos dicit Oremꝰ.
Et dyaconus Flectamꝰ genua
Leuate Oratio.

DEus qui mirabiliter crea
ſti hoīem ꝛ mirabilius re
demiſti:da nobis q̄s contra ob
lectamenta pctī mētis rōne pſi
ſtere:vt mereamur ad etna gau
dia peruenire. Per dominuz.

Prophetia ſecūda geneſ. vi. c.

NOe vo cū q̄ngentoꝝ eſſꝫ
annoꝝ:genuit ſem:cham
et iaphet. Cunq; cepiſſent ho-
mines mltiplicari ſup trām: et
filias procreaſſent vidētes filij
dei filias hoīz ꝙ eſſent pulchre
acceperūt ſibi vxores ex oībus
q̄s elegerāt:dixit quoq; deus.
Non pmanebit ſpūs meus in
hoīe in eteruū q: caro ē. Erūt

q; dies illi⁹ centū viginti ānoꝝ
Gygātes aūt erāt ſup terrā in
dieb⁹ illis. Poſtq̄ autē ingreſſi
ſunt filij dei ad filias hoim ille
q; genuerūt: iſti ſunt potētes a
ſeclo viri famoſi. Uidēs aūt de
us q̄ multa malicia hoim eēt
in terra ⁊ cūcta cogitatō cordis
hūani intenta eēt ad malū oī
tpe penituit eū q̄ hoiez feciſſz
in terra. Et pcauēs in futuruz
et tactus dolore cordis intrin-
ſecus. Delebo inq̄t hoiem quē
creaui a facie tre ab hoie vſq;
ad animantia a reptili vſq; ad
volucres celi: penitet eñi me fe-
ciſſe eos. Dixitq; deus ad noe.
Finis vniuerſe carnis venit co
ram me: repleta eſt terra iniq-
tate a facie eorum: ⁊ ego diſper
dam eos cū terra. Fac tibi ar-
chā de lignis leuigatis manſiū
culas in archa facies: ⁊ bitumi
ne linies intrinſecus ⁊ extrinſe
c⁹ ⁊ ſic facies eā. Trecētoꝝ cubi
toꝝ erit lōgitudo arche: q̄nqua
ginta cubitoꝝ latitudo ⁊ trigin
ta cubitoꝝ altitudo illi⁹. Fene
ſtrā in archa facies: ⁊ in cubito
ꝯſummabis ſūmitatē ei⁹. Oſti
um aūt arche pones ī latere de
orſum. Cenacula ⁊ triſtega fa-
cies ī ea. Ecce ego adducā dilu
uij aq̄s ſup terrā vt īterficiā om
nē carnē in qua ſpūs vite ē ſub
ter celū: ⁊ vniuerſa que in terra
ſunt cōſumētur: ponāq; fedus
meū tecū ⁊ īgredieris archā tu
⁊ filij tui. vxor tua ⁊ vxores fi-
liorū tuoꝝ tecum: ⁊ ex cunctis
aīantib⁹ vniuerſe carnis bina ⁊
bina induces in archā: vt viuāt
tecū maſculini ſex⁹ ⁊ feminini.
De volucribus iuxta gen⁹ ſuū
⁊ de iumētis in gñe ſuo ⁊ ex oī
reptili terre ſcḋm gen⁹ ſuū: bina
de oībus ingredietur tecum vt
poſſint viuere. Tolles igit̄ te-
cū ex oībus eſcis q̄ mandi poſ
ſunt ⁊ comportabis apud te: et
erunt tā tibi q̄ illis in cibum.
Fecit ergo noe oīa q̄ pceperat
illi deus. Eratq; ſexcētoꝝ āno
rū qñ diluuij aq̄ inūdauerunt
terrā. Rupti ſunt aūt oēs fon-
tes abyſſi magne ⁊ cataracte ce
li apte ſunt: ⁊ facta ē pluuia ſu
per terrā q̄dragīta diebus ⁊ q̄
draginta noctib⁹. In articulo
diei illi⁹ īgreſſus ē noe ſem chā
⁊ iaphet filij ei⁹: vxor illi⁹ ⁊ vxo
res filiorū ei⁹ cū eo in archā ipi
⁊ oē aīal ſcḋm gen⁹ ſuū: vniuerſa
q; iumēta in genere ſuo: et oē
qḋ mouetur ſup terrā in gene-
re ſuo cūctaq; volatilia ſcḋm ge-
nus ſuum. Porro archa fere-
bat̄ ſup aq̄s ⁊ aqua pualuerūt

nimis ſup terrã. Opertiq; ſunt
oẽs mõtes excelſi ſub vniuer-
ſo celo quindecĩ cubitis altior
fuit aqua ſuper mõtes q̃s opu-
erat. Cõſumptaq; eſt oĩs caro
que mouebat̃ ſup terrã: volu-
crũ: animãtiũ: beſtiarũ oĩmq;
reptiliũ q̃ reptãt ſup terrã. Re
manſit aũt ſolus noe ꝛ qui cuȝ
eo erãt in archa. Obtinuerũt
q; aq̃ terrã centũ q̃nquagita di
ebus. Recordat⁹ aũt dñs noe
cunctorũq; aĩantiũ ꝛ oĩm iumẽ
torũ qui erant cum eo in archa
adduxit ſpm̃ ſup terrã ꝛ imminu
te ſunt aq̃: ꝛ clauſi ſunt fontes
abyſſi et cataracte celi: ꝛ ꝓhibi
te ſunt pluuie de celo. Reuer-
ſeq; ſunt aque de terra eũtes et
redeũtes: ꝛ ceperũt minui poſt
centũ q̃nquaginta dies. Cũq;
trãſiſſent q̃draginta dies: ape-
riens noe feneſtrã arche quam
fecerat dimiſit coruũ. Qui egre
diebatur ꝛ nõ reuertebat̃ do-
nec ſiccarẽtur aque ſup terraȝ.
Emiſit colũbam poſt eũ: vt vi
deret ſi iam ceſſaſſent aque ſup
faciẽ terre. Que cũ nõ inueniſ-
ſet vbi requieſceret pes eius: re
uerſa eſt ad eũ in archã. Aque
eñ erãt ſuper vniuerſam terrã
Extenditq; manum: ꝛ appre-
henſam intulit in archam. Ex
pectatis aũt vltra ſeptẽ diebus
alijs rurſum dimiſit colũbã ex
archa. At illa vẽit ad eũ ad ve
ſperã portãs ramũ oliue viren
tibus folijs in ore ſuo. Intelle
xit ergo noe q̄ ceſſaſſent aq̃ ſup
terrã. Expectauitq; nihilomi-
nus ſeptẽ alios dies ꝛ emiſit co
lumbã q̃ nõ eſt vltra reuerſa ad
eũ. Locutus eſt aũt dñs ad noe
dicẽs Egredere de archa tu et
vxor tua filij tui: ꝛ vxores filio
rũ tuoꝝ tecũ cũcta aĩantia que
ſũt apd te ex oĩ carne tã in vo-
latilib⁹ q̄ i beſtijs ꝛ vniuerſ re
ptilib⁹ q̃ reptãt ſup t̃rã educ te-
cũ: ꝛ igredimĩ ſup terrã. Creſci
te ꝛ mltiplicamĩ ſup eã. Egreſ-
ſus ẽ ergo noe ꝛ filij eius ꝛ vxor
illius ꝛ vxores filioꝝ ei⁹ cũ eo.
Sȝ ꝛ oĩa aĩantia iumẽta ꝛ re-
ptilia q̃ reptãt ſup t̃rã ſ̃m gen⁹
ſuũ de archa egreſſa ſũt. Edifi
cauit aũt noe altare dño ꝛ tol-
lẽs de cũctis pecorib⁹ ꝛ volucri
bus mũdiſ obtulit holocauſta
ſup altare. Odoratuſq; eſt do-
min⁹ odorẽ ſuauitatiſ. Orem⁹.
Deus in Oro Flectam⁹.
cõmutabilis ṽtus ꝛ lumẽ
eṫnũ reſpice ꝓpiti⁹ ad toti⁹ eccl'e
tue mirabile ſacramẽtũ: ꝛ op⁹
ſalutis hũane ꝑpetue diſpõnis
effectu trãquilli⁹ opare: totuſq;

mūdus expiatur ꝛ videat deiecta erigi: inueterata reuocari: ꝛ ꝑ ipʒ redire oīa in integrū a q̄ ſumpſere principiū. Per dn̄m

Prophetia .ii. Geneſ. xxii. c.

IN diebus illis. Tēptauit deus abrahā ꝛ dixit ad euʒ. Abrahā abrahā. Et ille rn̄dit. Adſuʒ. Et ille. Tolle filiū tuū vnigenitū quē diligis iſaac: et vade in terrā viſiōis: et offeres eū ibi in holocauſtū ſup vnum mōtiū quē monſtrauero tibi. Igitur abrahā de nocte cōſurgēs: ſtrauit aſinū ſuū: ducēs ſecū duos iuuenes ꝛ iſaac filiū ſuum. Cūq̄ cōcidiſſet ligna ī holocauſtū abijt ad locū quē p̄ceperat ei de⁹. Die aūt t̄tio eleuatꝭ oculis: vidit locuʒ ꝓcul: dixitq̄ ad pueros ſuos. Expectate hic cū aſino: ego ꝛ puer illuc vſq̄ ꝓperātes: poſtq̄ adorauerim⁹ reuertemur ad vos. Tulit quoq̄ ligna holocauſti ꝛ īpoſuit ſup iſaac filiū ſuū. Ipſe vero portabat in manib⁹ ſuis ignē et gladiū. Cūq̄ duo ꝑgerēt ſimul dixit iſaac pr̄i ſuo. Pr̄ mi. At ille rn̄dit. Quid vis fili? Ecce inq̄t ignis ꝛ ligna: vbi ē victima holocauſti. Dixit aūt abrahā Deus ꝓuidebit ſibi victimā holocauſti fili mi. Pergebant ergo pˀiter venerūtq̄ ad locū quē oſderat ei de⁹. In quo edificauit altare: ꝛ deſup ligna cōpoſuit Cūq̄ colligaſſet iſaac filiū ſuū poſuit eū in altari ſup ſtruē lignoꝝ. Extēditq̄ manū ꝛ arripuit gladiū: vt imolaret filiū ꝛ ecce āgel⁹ dn̄i de celo clamauit dicēs. Abrahā abraham. Qui rn̄dit. Adſum. Dixitq̄ ei. Ne extēdas manū tuā ſup puerū: neq̄ʒ facias illi q̄cq̄. Nunc cognoui q̄ timeas deū: ꝛ n̄ pepciſti filio tuo vnigenito ꝓp̄t me. Leuauit abrahā oc'los ſuos: viditq̄ʒ poſt tergū arietē īter vepres herentē cornib⁹: quē aſſumēs obtulit holocauſtū ꝓ filio appellauitq̄ʒ nomē loci illius dn̄s videt. Vn̄ vſq̄ʒ hodie dr̄ in mōte dn̄s videbit. Vocauit aūt angel⁹ dn̄i abrahā ſcd̄o de celo dicēs. Per memetip̄m iuraui dicit dn̄s: q̄ feciſti rē hāc et nō pepciſti vnigenito filio tuo bn̄dicā tibi. ꝛ mltiplicabo ſemē tuum ſicut ſtellas celi: ꝛ velut arenā q̄ eſt in littore maris. Poſſidebit ſemē tuū portas īimicoꝝ ſuoꝝ: ꝛ bn̄dicētur in ſemīe tuo oēs gentes terre: q̄ obediſti voci mee. Reuerſuſq̄ʒ eſt abrahā ad pueros ſuos: abierūtq̄ʒ berſabee ſimul et habitauit ibi.

Oremus. Flectamus ge. Oro.
DEus fideliū pr̄ ſumme q̄
in toto orbe terrarū ꝓmiſſi
onis tue filios diffuſa adoptō
nis gr̄a multiplicas: ⁊ ꝑ paſcha
le ſacrm̄ abrahā puerū tuū vni
uerſarū ſicut iuraſti gentiū effi
cis pr̄em: da pplis tuis digne
ad gr̄am tue vocatōis itroire.
Per. Prophia.iiij.exo.xiiij.c.
IN dieb⁹ illis. Factū ē in vi
gilia matutina: ⁊ ecce reſpici
ens dn̄s ſup caſtra egyptiorū p
colūnā ignis ⁊ nubis īterfecit
exercitū eoꝝ ⁊ ſubuertit rotas
curruū ferebāturq; in ꝓfundū
Dixerūt ergo egyptij. Fugia
m⁹ iſraelē: dn̄s em̄ pugnat pro
eis ꝯ nos. ⁊ ait dn̄s ad moyſen
Extēde manū tuā ſup mare vt
reuertant aq̄ ad egyptios ſup
curr⁹ ⁊ equites eoꝝ. Cūq; ex
tendiſſ; moyſes manū ꝯ mare
reuerſu; eſt primo diluculo ad
priorē locū fugientibuſq; egy
ptijs occurrerūt aq̄: ⁊ inuoluit
eos dn̄s in medijs fluctib⁹. Re
uerſeq; ſūt aq̄ ⁊ cooperuerūt cur
rus ⁊ eq̄tes cūcti exercit⁹ pha
raōis q̄ ſeq̄ntes īgreſſi fuerant
mare nec vn⁹ quidē ſupfuit ex
eis. Filij aūt iſrael perrexerūt
ꝑ mediū ſicci maris: ⁊ aq̄ eis erāt
q̄ſi pro muro a dextris ⁊ a ſini
ſtris. Liberauitq; dn̄s in die il
lo iſrael de manu egyptiorū: et
viderūt egyptios mortuos ſup
litt⁹ maris: ⁊ manū magnā quā
exercuerat dn̄s contra eos. Ti
muitq; pplus dn̄m: ⁊ crediderūt
dn̄o ⁊ moyſi ſeruo ei⁹. Tūc ce
cinit moyſes ⁊ filij iſrl̄ carmen
h̄ dn̄o et dixerūt. Tract⁹. Cāte
m⁹ dn̄o glorioſe em̄ honorificat⁹
eſt equū ⁊ aſcēſorē ꝓiecit i ma
re: adiutor ⁊ ꝓtector factus ē mi
hi in ſalutē. ℣. Hic deus meus
honorificabo eū deus patris:
mei ⁊ exaltabo eū. ℣. Dn̄s cōte
rens bella: domin⁹ nomē eſt illi
Orem⁹. Flectam⁹ ge. Oratio.
DEus cui⁹ antiq̄ miracula
etiā nr̄is ſeculis choruſca
re ſentim⁹: dū qd̄ vni pplo a p
ſecutione egyptiaca liberando
dextere tue potentia contuli
ſti: id in ſalutem gentium per
aquam regenerationis operis
preſta vt in abrahe filios: et in
iſraeliticā dignitatē toti⁹ mūdi
tranſeat plenitudo. Per. Pro
phetia quinta eſaye.liiij.capl.
HEc eſt hereditas ſeruorū
dn̄i ⁊ iuſtitia eoꝝ apd̄ me
dicit dn̄s. Om̄s ſitiētes venite
ad aquas ⁊ qui nō habetis ar
gentum properate: emitte et co
medite. Venite emite abſq; ar

gento: ⁊ abſq; vlla cõmutatio-
ne vinũ ⁊ lac. Quare appẽdi-
tis argentũ nõ in panib⁹: ⁊ la-
borẽ vr̃m nõ in ſaturitate? Au
dite audientes me ⁊ comedite
bonũ: et delectabit̃ in craſſitu-
dine aĩa vr̃a. Inclinate aurem
vr̃am: ⁊ venite ad me: audite ⁊
viuet aĩa vr̃a. Et feriam vobi
ſcum pactũ ſempiternũ: miſe-
ricordias dauid fidelis. Ecce
teſtẽ pplis dedi eũ: ducẽ ac pre
ceptorẽ gentib⁹. Ecce gẽtes q̃s
neſciebas vocabis: ⁊ gẽtes que
nõ cognouerũt te ad te current
ppter dñm deũ tuũ ⁊ ſctm̃ iſrl'
q: glorificauit te. Querite dñz
dũ inueniri põt: inuocate eum
dũ ppe eſt. Derelinq̃t impius
viã ſuã: ⁊ vir iniquus cogitati
ones ſuas et reuertat̃ ad dñm
⁊ miſerebit̃ ei⁹: et ad deũ nr̃m
qm̃ mult⁹ ẽ ad ignoſcẽdũ. Nõ
em̃ cogitatões mee cogitatões
vr̃e neq; vie mee vie vr̃e dic̃ dñſ
q: ſicut exaltant̃ celi a terra: ſic
exaltate ſunt vie mee a vijs ve
ſtris ⁊ cogitatões mee a cogita
tionib⁹ vr̃is. Et quõ deſcendit
ymber ⁊ nix de celo ⁊ illuc vl-
tra nõ reuertit̃: ſz iebriat terrã
⁊ infundit eã ⁊ germinare eaz
facit: ⁊ dat ſemẽ ſerenti: ⁊ panẽ
comedenti ſic erit verbũ meuz
qd egredit̃ de ore meo. Dicit
dñs ops. Orem⁹. Flectamus.

Oro.

OMnipotens ſempiterne. Deus multiplica in honorẽ
nois quod patrũ fidei ſpopon
diſti: ⁊ pmiſſionis filios ſacra
adoptione dilata: vt qd prio-
res ſancti nõ dubitauerunt fu
turũ eccleſia tua iã ex parte co
gnoſcat ĩpletũ. Per dominũ.

Prophetia. vi. baruch. iij. ca.

AUdi iſrael mãdata vite
aurib⁹ pcipe vt ſcias pru-
dentiã. Quid ẽ iſrael q in t̃ra
inimicoꝝ es? Inueteraſti i t̃ra
aliena: coinq̃natus es cũ mor-
tuis: deputat⁹ es cũ his q̃ ſunt
in iferno. Dereliq̃ſti fontẽ ſa-
pientie. Nã ⁊ ſi in via dei am
bulaſſes: hitaſſes vtiq; in pace
ſuper terrã Diſce vbi ſit ſapia:
vbi ſit v̾tus vbi ſit prudentia:
vbi ſit intellect⁹: vt ſcias ſimul
vbi ſit lõgiturnitas vite ⁊ vict⁹.
vbi ſit lumen oculorum ⁊ pax.
Quis inuẽit locũ eius ⁊ quis
introiuit i theſauros ei⁹. Ubi
ſũt principes gẽtiũ: et q̃ dñant̃
ſup beſtias q̃ ſũt ſup t̃rã? Qui
in auib⁹ celi ludũt q̃ argẽtũ the
ſaurizant et aurũ in q̃ cõfidũt
hoies ⁊ nõ eſt finis poſſeſſiõis
eoꝝ. Qui argẽtũ fabricãt ⁊ ſol
liciti ſunt: nec eſt inuentio ope-

rū illoꝝ. Et tñ exterminati ſunt
⁊ ad inferos deſcēderūt: ⁊ alij
in loco eoꝝ ſurrexerūt. Iuue-
nes viderūt lumē: ⁊ habitaue-
rūt ſup terrā. Viā aūt diſcipli
ne neſcierūt neqꝫ itellexerūt ſemi
tas eiꝰ: neqꝫ ſuſceperunt eā filij
eoꝝ. A facie eoꝝ longe facta ē
Nō eſt audita in tra chanaā:
neqꝫ viſa eſt in themā. Filij qꝫ
agar qui exq̄ſierūt prudētiam
q̄ de terra eſt: negociatores ter
re ⁊ themā: ⁊ confabulatores
et exquiſitores prudētie ⁊ intel
ligētie: viā aūt ſapie neſcierūt
neqꝫ meminerūt ſemitarū eius
O iſrl' q̄ magna ē domꝰ dei: ⁊
ingēs locꝰ poſſeſſiōis eiꝰ. Ma-
gnus ⁊ nō hꝫ cōſummatōem
excelſus ⁊ imēſus. Ibi fuerūt
gygātes noiati illi q̄ ab initio fu
erūt ſtatura magna ſciētes bel
lū. Nō hos elegit dñs neqꝫ viā
diſcipline īuenerūt: pptea pe-
rierūt. Et qm̄ nō habuerūt ſa
piētiā: interierūt ppter ſuā inſi
pientiā. Quis aſcēdit in celū
et accepit eā: ⁊ eduxit eā de nu
bibus? Quis trāſfretauit ma-
re ⁊ inuenit eā: ⁊ attulit eā ſup
aurū electū? Nō eſt q̄ ſciat viā
eius: neqꝫ q̄ excogitet ſemitas
eiꝰ. Sꝫ q̄ ſcit vniuerſa nouit il
lā: ⁊ adinuenit eā prudētia ſua
Qui pfecit terrā in ſempiter-
no tpe: ⁊ adimpleuit eā pecudi
bus. Vocauitqꝫ eā: ⁊ obediuit
illi in tremore. Stelle aūt de-
derūt lumē in cuſtodijs ſuis: et
letate ſunt. Vocate ſunt ⁊ di-
xerūt adſumꝰ: ⁊ luxerūt ei cū
iocūditate q̄ fecit illas. Hic eſt
deꝰ nr̄: ⁊ nō eſtimabit alius ad
eū. Hic adinuenit oēm viam
diſcipline: ⁊ dedit illam iacob
puero ſuo: ⁊ iſrael dilecto ſuo
Poſt hec ſuper terrā viſus eſt
⁊ cū hoibus cōuerſatꝰ eſt. Ore
mus. Flectamus ge. Le. Orō.

DEus q̄ eccleſiā tuā ſp gen
tiū vocatōne multiplicas
concede ppitiꝰ: vt quos aq̄ ba
ptiſmatis abluis: cōtinua pte-
ctōe tuearis. Per d. Prophia
vij. ezechiel. xxxvij. capitulo.

IN dieb' illis. Facta eſt ſup
me manꝰ dñi: ⁊ eduxit me i
ſpū dñi: ⁊ dimiſit me in medio
cāpi q̄ erat plenꝰ oſſibꝰ: ⁊ circū-
duxit me p ea i gyrū. Erāt aūt
oſſa mlta valde ſup faciē cāpi:
ſiccaqꝫ vehemēter. Et dixit ad
me. Fili hoīs putas ne viuent
oſſa iſta. Et dixi. Dñe deus tu
noſti. Et dixit ad me. Vatici-
nare de oſſibꝰ iſtis ⁊ dices eis.
Oſſa arida audite verbū dñi.
Hec dicit dñs deꝰ oſſibus his.

Ecce egoītromittā in vos ſpi-
rituz ⁊ viuetis: ⁊ dabo ſup vos
neruos: et ſuccreſcere faciā ſup
vos carnem ⁊ ſup extēdā in vo
bis cutē: ⁊ dabo vobis ſpm̄ et
viuetis. Et ſcietis q꞉ ego dñs.
Et ꝓphetaui ſicut p̄ceperat mi
hi. Factus eſt aūt ſonitꝰ ꝓphe-
tante me: ⁊ ecce cōmotio. Et ac
ceſſerūt oſſa ad oſſa: vnūquod
qꝫ ad iūcturā ſuā. Et vidi ⁊ ecce
ſup ea nerui ⁊ carnes aſcēderūt
⁊ extēſa ē in eis cutis deſup: et
ſpm̄ non habebāt. Et dixit ad
me. Vaticinare ad ſpm̄ vatici-
nare fili hoīs ⁊ dices ad ſpiritū
Hec dicit dñs deꝰ. A q̄ttuor vē
tis veni ſpūs: ⁊ inſuffla ſup int̄
fectos iſtos: ⁊ reuiuiſcant. Et ꝓ
phetaui ſic̄ precepat. Et egreſ-
ſus eſt in ea ſpūs: ⁊ reuixerūt: et
ſteterūt ſup pedes ſuos exerci-
tus grādis nimis valde. Et di-
xit ad me fili hoīs oſſa hec vni
uerſa domꝰ iſrl̄ eſt. Ipſi dicunt
aruerūt oſſa nr̄a: periit ſpes nr̄a
et abſciſi ſumꝰ: ꝓpt̄ea vaticina
re ⁊ dices ad eos. Hec dicit do
minꝰ deꝰ. Ecce ego apiā tumu
los vr̄os: ⁊ educā vos de ſepul
chris vr̄is ꝑplus meꝰ: ⁊ inducā
vos ī terrā iſrael. Et ſcietis q꞉
ego dñs cū aperuero ſepulchra
vr̄a: ⁊ eduxero vos de tumulis
vr̄is ꝑpls meus: ⁊ dedero ſpm̄
meū in vobis: ⁊ vixeritis: ⁊ re-
quieſcere vos faciā. Dicit dñs
omp̄s. Oremꝰ. Flectamus ge-
nua Leuate. Oratio.

Deus qui nos ad celebran
dū paſchale ſacr̄z vtriuſqꝫ
teſtamenti paginis inſtruis: da
nobis intelligere miſericordiā
tuam: vt ex perceptione preſen
tium munerum firma ſit expe-
ctatio futurorū. Per dominū.

Prophetia. viij. eſaye. iiij. ca.

Apprehēdent ſeptē mulie
res virum vnū in die illa
dicētes. Panē noſtrū comede-
mus: veſtimētis nr̄is operiemur
tm̄modo inuocet̄ nomē tuū ſu
per nos: aufer opprobriū nr̄m
In die illa erit germē dñi ī ma
gnificētia ⁊ gloria: et fructꝰ t̄re
ſublimis. ⁊ exultatio his q̄ ſal-
uati fuerint de iſrl̄. Et erit oīs
qui relictus fuerit in ſyō: ⁊ reſi-
duus in hierlm: ſctūs vocabit̄
oīs q̄ ſcriptꝰ ē in vita ī hierlm.
Si abluerit dñs ſordes filiarū
ſyon: ⁊ ſanguinē hierlm laue-
rit de medio eiꝰ in ſpū iudicij ⁊
ſpū ardoris: ⁊ creauit dñs deꝰ
ſup oēm locū mōtis ſyō: ⁊ vbi
inuocatꝰ eſt: nubē per diē: ⁊ fu-
mum: ⁊ ſplendorē ignis flam-
mātis in nocte. Sup omnē em̄

gloriā ꝓtectio: ꝛ tabernaculum
erit in vmbraculū diei ab eſtu
et in ſecuritatē ꝛ abſconſionē a
turbine ꝛ a pluuia. Tract⁹. Vi
nea facta eſt dilecto meo in cor
nu in loco vberi. ℣. Et maceriā
circūdedit ꝛ circūfodit ꝛ plāta
uit vineam ſoreph: ꝛ edificauit
turrim i medio ei⁹. ℣. Et torcu
lar fodit i ea: vinea em̄ domini
ſabaoth domus iſrael ē. Ore
mus. Flectam⁹ ge. Leua. Oro.

D Eus qui in oībus eccleſie
tue filijs ſctōꝝ ꝓphetarū
voce magnificaſti in omni loco
dn̄ationis tue ſatorē te bonoꝝ
ſemitū et electorū palmitū eſſe
cultorē: tribue q̄s populis tuis:
qui ꝛ vinearū apud te noīe cen
ſentur ꝛ ſegetū: vt ſpinarū ꝛ tri
buloꝝ ſqualore reſecato digna
efficiantur fruge fecundi. Per.

Prophetia. ix. exodi. xij. c.

I N diebus illis. Dixit dn̄s
ad moyſen ꝛ aarō i t̄ra egy
pti Mēſis iſte. Reqre retro in
paſceue. Oremus. Flectam⁹
genua. Leuate Oratio.

O Mnipotēs ſempit̄ne de⁹
qui in oīm operū tuorum
diſpenſatione mirabilis es: in
telligant redempti tui nō fuiſſe
excellentius q̄ initio factus eſt
mundus: q̄ꝫ q̄ in fine ſeculorū
paſcha noſtruꝫ immolatus eſt
chriſtus. Qui tecū viuit. Pro
phetia. x. ione prophete. iij. c.

I N diebus illis. Factum eſt
verbum dn̄i ad ionam pro
phetam ſecundo dicens. Sur
ge vade in niniuem ciuitatem.
Reqre in feria ſecūda poſt do
minicam de paſſione. Orem⁹.
Flectam⁹ genua. Leuate Oro.

D Eus q̄ diuerſitatē gentiū
in cōfeſſione tui noīs adu
naſti: da nobis ꝛ velle ꝛ poſſe q̄
p̄cipis: vt pplo ad eternitatem
vocato vna ſit fides mētiū ꝛ pi
etas actionū. Per. Prophetia
xi. deutronomij. xxxi. capitu.

I N dieb⁹ ill. Scripſit moy
ſes canticum ꝛ docuit filios
iſrl. Precepitq̄ dn̄s ioſue filio
Num ꝛ ait. Cōfortare ꝛ eſto
robuſt⁹. Tu em̄ introduces fili
os iſrael in terrā quā pollicit⁹
ſum eis: ꝛ ego tecū ero. Poſtq̄
ergo ſcripſit moyſes verba le
gis hui⁹ in volumie atq̄ cōple
uit: precepit leuitis q̄ portabāt
archam federis dn̄i dicēs. Tol
lite librū iſtū ꝛ ponite illū in la
tere arche federis dn̄i noſtri: vt
ſit ibi cōtra te in teſtimonium.
Ego enim ſcio contentionem
tuā ꝛ ceruicē tuam duriſſimā.
Adhuc viuēte me ꝛ ingrediēte

vobiſcū ſemꝑ cōtētioſe egiſtis
cōtra dn̄m: q̄to magis cū mor
tuus fuero. Cōgregate ad me
oēs maiores natu per tribꝰ ve
ſtras atq; doctores: ⁊ loq̄r au⸗
dientibꝰ illis ſmones iſtos: et
īuocabo cōtra eos celū ⁊ terrā
Noui eñ qḋ poſt morté meā
iniq̄ agetis: ⁊ declinabitis cito
de via quā p̄cepi vobis ⁊ occur
rent vobis mala ī extremo tē⸗
pore qn̄ feceritis malū in con⸗
ſpectu dn̄i vt irritetis eum: per
opa manuū veſtrarū. Locutꝰ ē
ergo moyſes audiente vniuer⸗
ſo cetu filiorꝫ iſrael v̄ba carmi
nis huius: ⁊ ad finē vſq; cōple
uit. Tractus. Attende celū ⁊ lo
quar: ⁊ audiat terra verba ex
ore meo. ℣. Expectet ſicut plu
uia eloquiū meū ⁊ deſcēdāt ſi
cut ros v̄ba mea. ℣. Sicut ym
ber ſuꝑ gramē ⁊ ſicut nix ſuper
fenum: q: nomē dn̄i inuocabo
℣. Date magnitudinē deo nr̄o
deus vera opa eiꝰ ⁊ oēs vie eiꝰ
iudicia. ℣. Deꝰ fidelis in quo
non eſt iniquitas iuſtus et ſan
ctus dominus. Oremus. Fle⸗
ctamus ge. Leuate. Orō.

DEus celſitudo humiliū ⁊
fortitudo rectorꝫ qui per
ſcm̄ moyſen puerū tuū ita eru
dire pplm̄ tuuz ſacri carminis
tui decātatōe voluiſti: vt illa le
gis iteratio fieret etiā nr̄a dire
ctio: excita in oēz iuſtificatarū
gentiū plenitudinē potētiā tu
am: ⁊ da letitiā mitigando ſro
rem: vt oīm pctis tua remiſſio
ne deletis qḋ denūciatū eſt in
vltionē: trāſeat in ſalutē. Per.

Prophetia. xij. daniel. iij. ca.

IN diebus illis. Nabucho
donoſor rex fecit ſtatuā au
reā: altitudine cubitorū ſexagi
ta: latitudine cubitorꝫ ſex: ⁊ ſta
tuit eā in cāpo duram prouin⸗
cie babylonis. Itaq; nabucho
donoſor rex miſit ad cōgregā⸗
dos ſatrapas: magr̄atꝰ: duces
⁊ iudices ⁊ tyrannos ⁊ p̄fectos
oēſq; pricipeſ regionū vt ꝯueni
rēt ad dedicationē ſtatue quaz
erexerat nabuchodonoſor rex
Tūc ꝯgregati ſūt ſatrape: ma
giſtratꝰ et iudices et tyranni et
optimates qui erāt in poteſta⸗
tibus conſtituti: ⁊ vniuerſi pri
cipes regionum: vt conuenirēt
ad dedicationē ſtatue quā ere
xerat nachodonoſor rex. Sta
bant autem in cōſpectu ſtatue
quam poſuerat nabuchodono
ſor rex: ⁊ preco clamabat valen
ter. Uobis dicit populis: tri⸗
bubus ⁊ linguis. In hora q̄ au
dieritis ſonitū tube ⁊ fiſtule ⁊ cy

thare et ſambuce: ⁊ pſalterij et
ſymphonie: ⁊ vniuerſi generis
muſicoꝝ cadētes adorate ſtatu
am aureā quā cōſtituit nabu-
chodonoſor rex. Si q̄s autez
nō ꝓſtratus adorauerit: eadez
hora mittet̄ in fornacez ignis
ardētis. Poſt hec igit̄ ſtatiz vt
audierūt oēs ppl̄i ſonitū tube
fiſtule et cythare ſābuce ⁊ pſal
terij ⁊ ſymphonie ⁊ oīs gener̄
muſicoꝝ: cadētes oīs populi
tribus ⁊ lingue adorauerunt
ſtatuā aureā quā conſtituerat
nabuchodonoſor rex. Statiz
qꝫ in ip̄o tempe accedētes viri
chaldei accuſauerūt iudeos di
xerūtqꝫ nabuchodonoſor regi
Rex in eternuz viue. Tu rex
poſuiſti decretū: vt oīs homo
qui audierit ſonitū tube: fiſtu-
le: et cythare: ſambuce et pſal-
terij ⁊ ſymphonie: ⁊ oīs gene-
ris muſicoꝝ; ꝓſternēt ſe ⁊ ado
rent ſtatuā aureā. Si q̄s autē
nō ꝓcidens adorauerit: mittat̄
in fornacē ignis ardētis. Sūt
ergo viri iudei quos ꝯſtituiſti
ſup opa regionis babylonis:
ſidrac: miſac ⁊ abdenago. Vi-
ri iſti cōtēpſerunt rex decretuz
tuū. deos tuos nō colunt: ⁊ ſta
tuā ereā quā erexiſti n̄ adorāt.
Tūc nabuchodonoſor i furo
re et in ira p̄cepit vt adducerē
tur ſidrac miſac et abdenago.
Qui cōfeſtim adducti ſunt in
ꝯſpectu regis. Pronūtiāſqꝫ na
buchodonoſor rex ait eis. Ve
re ne ſidrac miſac ⁊ abdenago
deos meos nō colitis: ⁊ ſtatuā
aureā quā cōſtitui nō adorat̄
Nūc ergo ſi eſtis parati: q̄cū-
qꝫ hora audieritis ſonitū tube
fiſtule ⁊ cythare ſābuce ⁊ pſal-
terij ⁊ ſymphonie oīſqꝫ gener̄
muſicoꝝ, ꝓſternite vos ⁊ adora
te ſtatuā quā feci. Quod ſi nō
adoraueritis: eadē hora mitte
mini in fornacē ignis ardētis
Et q̄s eſt deus q̄ eripiat vos
de manu mea. Rn̄dētes ſidrac
miſac ⁊ abdenago: dixerūt na
buchodonoſor regi. Nō opz
nos de hac re rn̄dere tibi. Ecce
eñi deus nr̄ quez colim⁹ poteſt
nos eripe de camino ignis ar
dentis: ⁊ de manib⁹ tuis o rex
liberare. Quod ſi noluerit no
tū ſit tibi rex: q: deos tuos nō
colimus ⁊ ſtatuā aureā quam
erexiſti nō adoram⁹. Tunc na
buchodonoſor replet⁹ ē furore
et aſpect⁹ faciei illi⁹ īmutatus ē
ſuper ſidrac ac miſac ⁊ abdena
go ⁊ p̄cepit vt ſuccēderetur for-
nax ſeptupluz q̄ ſuccēdi cōſue
uerat. Et viris fortiſſimis de

exercitu ſuo iuſſit vt ligatis pe
dibus ⁊ manibus ſidrac miſac
et abdenago mitterēt eos ī for
nacem ignis ardētis. Et confe
ſti viri illi vīcti cū brachijs ſuis
⁊ thiaris ⁊ calciament. ⁊ veſtib⁹
miſſi ſunt in medium fornacis
ignis ardētis. Nam iuſſio re-
gis vrgebat. Fornax aūt ſuccē
ſa erat nimis. Porro viros il-
los qui miſerant ſidrac miſac ⁊
abdenago interfecit flāma ignis
Uiri autē hi tres: id eſt ſidrac
miſac ⁊ abdenago ceciderūt in
medio caminis ardētis colli-
gati. Et ambulabāt in medio
flamme laudātes ⁊ benedicen
tes deum. Hic nō dr̄ Flectam⁹
genua Leuate. Oratio.

OMp̄s ſempiterne deus
ſpes vnica mūdi q̄ p̄phe
tarum tuorum p̄conio p̄ſentium
tēporum declaraſti myſteria: au-
ge populi tui vota placat⁹: q̄a
in nullo fideliū niſi ex tua in-
ſpiratione proueniūt quarūli-
bet incrementa virtutum. Per
Hiis finitis deſcēdēdo ad fon-
tes cantat tractus. Sicut cer-
uus deſiderat ad fontes aqua
rum ita deſiderat aīa mea ad
te deus. ℣. Sitiuit aīa mea ad
deum fontē viuū qñ veniā et
apparebo ante faciē dei mei. ℣

Fuerunt mihi lachryme mee
panes die ac nocte dū dicit mi
hi per ſingulos dies vbi eſt de
us tu⁹. Deinde ad fontes. Do-
minus vobiſcum. Oratio

OMp̄s ſempiterne de⁹ re-
ſpice p̄pitius ad deuotio
nem pplī tui renaſcētis: q̄ ſicut
ceruus aquarū expetit fontem
⁊ concede propitius: vt fidei ip
ſius ſitis baptiſmatis myſte-
rio animam corpuſq; letificet.
Per dn̄m. Poſtea p̄ceditur ad
bn̄dictionē fontiū. Sabbato
ſancto et vigilia penthecoſtes
benedictio fontiū. Adiutoriū
noſtrū in noīe dn̄i. Qui fecit
celū et terrā. Sit nomē domi-
ni benedictum. Ex hoc nūc et
vſq; in ſeculū. Legendo dicat.

OMp̄s ſem- Oremus.
piterne deus: adeſto ma-
gne pietatis tue myſterijs: ade
ſto ſacramentis: ⁊ ad creandos
nouos populos quos tibi fōs
baptiſmatis parturit ſpm̄ ado-
ptionis emitte: vt quod noſtre
humilitatis gerēdū eſt myſte-
rio: tue v̄tutis impleat effectu
Per dn̄m noſtrū ieſum xp̄m
filium tuum qui tecū viuit ⁊ re
gnat in vnitate ſpiritusſancti
deus. Hic exaltet vocem ī mo-
dum prefationis.

[illegible]

Per omnia ſecula ſeculoꝝ ℟. Amen. ℣. Dñs vobiſcũ ℟. Et cum ſpũ tuo. ℣. Surſuꝫ corda. ℟. Habemus ad dñm. ℣. Grãs agamus dño deo noſtro. ℟. Dignum et iuſtum eſt.

Sequẽs prefacio cũ ſuo cantu dicitur ad benedictionem fontium die ſabbati ſancti: ⁊ in vigilia penthecoſtes.

Vere dignum et iuſtuꝫ eſt equum et ſalutare. Nos tibi ſemꝑ et vbiq̧ grãs agere domine ſancte pater oĩpotens eterne deꝰ. Qui inuiſibili potentia ſacramentorũ tuorũ mirabiliter operaris effectuꝫ. Et licet nos tantis myſterijs exequẽdis ſimus indigni: tu tamẽ grẽ tue dona non deſerẽs etiã ad ꝑces noſtras aures tue pietatis inclina. Deus cuius ſpũs ſuper aquas inter ipſa mundi primordia ferebatur: vt iã tũc virtutẽ ſanctificatiõis aquarũ natura cõciperet. Deus qui nocẽtis mũdi crimina per aquas abluens regeneratõis ſpeciem in ipã diluuij effuſiõe ſigñſti vt vniꝰ eiuſdẽq̧ elemẽti myſterio et finis eſſet vitio: ⁊ origo virtutibus. Reſpice dñe in faciẽ eccleſie tue: ⁊ multiplica in ea regenerationes tuas q̃ gratie tue affluentis impetu letificas ciuitatem tuam: fontemq̧ baptiſmatis aperis toto orbe terrarum gẽtibus innouãdis: vt tue maieſtatis imperio ſumat vnigeniti tui grãm de ſpũſctõ.

Hic manu tangat ⁊ diuidat aqua in modũ crucis. ✠.

Qui hanc aquã regenerandis hoĩbus preparatam archana ſui numinis admixtione fecundet: vt ſanctificatione concepta ab immaculato diuini fontis vtero: in nouam renatamq̧ creaturam progenies celeſtis emergat. Et quos aut ſexus in corpe: aut etas diſcernit in tpe omnes in vnam pariat gratia mater infantiaꝫ. Procul ergo hinc iubente te domine oĩs ſpũs immũdus abſcedat: ꝓcul tota neq̃tia dyabolice fraudis aſſiſtat. Nihil hic loci habeat ꝯtrarie virtutis admixtio: nõ inſidiando circũuolet: nõ latẽdo ſurrepat: non inficiendo corrumpat.

Hic aquam manu tangat.

Sit hec ✠ ſancta et innocens creatura liberaq̧ ab omni impugnatoris ingreſſu: ⁊ totiꝰ neq̃tie purgata diſceſſu. Sit fõs ✠ viuus aqua ✠ regenerans vnda ✠ purificãs: vt oĩs hoc

lauacro ſalutifero diluēdi ope
rāte i eis ſpūſctō ꝑfecte purga
tionis idulgētiā ꝯſequāt. Hic
faciat crucē ſupra fontē dicēdo

Unde bene ✠ dico te creatu-
ra aque per deū ✠ viuum per
deum ✠ verū per deū ✠ ſctm̄:
per deū qui te in principio ver
bo ſeparauit ab arida: cuiꝰ ſpi
ritus ſuper te ferebatur.
Hic diuidat ⁊ effundat aquaȝ
in quattuor partes. Qui te de
paradiſi fonte manare fecit et
in quattuor fluminibꝰ diuidēs
totaȝ terrā rigare p̄cepit. Qui
te etiā in deſerto amarā ſua v̄-
tute indita fecit eſſe potabileȝ
et ſitienti populo de petra pro
duxit. Benedico te ⁊ ꝑ ieſum
xp̄m filium eius vnicum dn̄m
noſtrū: qui te in chana galilee
ſigno admirabili ſua potentia
ꝯuertit in vinū. Qui pedibuſ
ſuis ſuꝑ te ābulauit: ⁊ a iohan
ne in iordane in te baptizatus
eſt. Qui te vna cum ſanguine
de latere ſuo, ꝓduxit: ⁊ diſcipu
lis ſuis iuſſit: vt credētes bapti
zarent in te dicēs. Ite docete
oēs gētes baptizātes eos ī no
mine patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti
Hic mutat vocē q̄ſi lectionem legēs

HEc nobis p̄cepta
ſeruantibus tu deus oṗs
clemēs adeſto: tu benignꝰ aſpi
ra: tu has ſimplices aquas tuo
ore benedicito: vt p̄ter natura-
lem emundationē quā lauan-
dis poſſunt adhibere corpibꝰ:
ſint et purificādis mētibus ef-
ficaces. Hic ponat cereum in
aquā: et in tono prefatiōis ter
eleuando vocem dicat.

Deſcendat in hanc plenitudi-
nem fontis virtus ſpūſſancti:
totāq; huius aque ſubſtantiā
regenerādi fecundet effectum.
Hic tollatur cereus de aqua.

Hic oīm peccatoꝝ macule de-
leant: hic natura ad imagineȝ
tuam cōdita: ⁊ ad honoreȝ ſui
reformata principij: cūctis ve-
tuſtatis ſqualoribus emūdet
vt omnis homo ſacramentum
hoc regenerationis ingreſſus:
vere innocētie noua infantia
renaſcat. Per dn̄m noſtrū ie-
ſum xp̄m filium tuū: qui vētu
rus eſt iudicare viuos ⁊ mor-
tuos ⁊ ſeculuȝ per ignem. Hic
aſpergat de ipa aqua bn̄dicta
ſuꝑ populum ⁊ interim q̄ſpiā
clericꝰ hauriat de aqua illa be
nedicta ex fonte: ad aſpergēdū
domos: ⁊ q̄libȝ alia loca. Poſt
ea infundat chriſma in modū
crucis in fonte ſuꝑ ipam aquā
dicens legendo. Sanctificet ⁊

fecundet fons iſte hoc ſalutiſe ro chriſmate. In nomine pr̄is ✠ et filii ✠ et ſpirituſſancti ✠ Amen. Tunc miſceat chriſma antedictum cum eadem aqua et aſpergat cum manu per totum fontem. Completa fontis benedictione redeūtibus omnibus clericis: a duobus eorum letanie cantātur. Ubi vero nō fuerīt fontes. Tractus. Sicut ceruus. Oratio ſequens et fontium benedictionem pretermittuntur. Sed finita oratione. Omīpotēs ſempiterne deus ſpes vnica mundi. Sacerdos caſula depoſita cum miniſtris ante altare procumbit et alii fratres ſtant erecti: et cantatur letania in medio chori a duobus fratribus: vtroque choro idem ſimul reſpondente. Perueniento autem ad Peccatores te rogamus audi nos. Sacerdos et miniſtri ad veſtiarium reuertentes ſolenniter induuntur et luminaria accenduntur circa altare de igne benedicto. Et perueniento ad Kyrieleiſon. In fine letaniarū Kyrieleyſon pro miſſa incipitur a cantoribus ſolēniter

Kyrieleiſon. Chriſteleiſon

Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos. Pater de celis deus

miſerere nobis. Fili redēptor

mūdi deus: miſerere nobis. Spūs

ſctē deus: miſerere nobis. Sctā

trinitas vnus deus: miſerere nobis

Sctā maria: ora pro nobis.

Sctā dei gēitrix: ora pro nobis

Sancta virgo virginū oꝝ
Sancte michael oꝝ
Sancte gabꝛiel oꝝ
Sancte raphael oꝝ
Omnes ſancti beatoꝝ ſpiri-
tuum oꝛdines oꝝ
Sctē iohānes baptiſta oꝝ
Omnes ſancti patriarche et
prophete oꝛate.
Sancte petre oꝝ
Sancte paule oꝝ
Sancte iohannes oꝝ
Sancte andrea oꝝ
Oīs ſancti apoſtoli et euan
geliſte oꝛate.
Sancte ſtephane oꝝ
Sancte laurenti oꝝ
Sancte vincenti oꝝ
Oēs ſancti martyres oꝛate
Sancte gregoꝛi oꝝ
Sancte auguſtine oꝝ
Sancte hieronyme oꝝ
Sancte ambꝛoſi oꝝ
Sancte martine oꝝ
Sancte franciſce oꝝ
Sancte antoni oꝝ
Sancte dominice oꝝ
Oēs ſcti cōfeſſoꝛes oꝛate
Sctā maria magdalena oꝝ
Sancta agnes oꝝ
Sancta agatha oꝝ
Sancta clara oꝝ
Omnes ſancti et ſancte dei
oꝛate pro nobis

Propitiꝰ eſto: ꝑce nobis dñe.
Propitiꝰ eſto: exaudi nos dñe
Ab oī malo: libera nos dñe
Ab omni peccato libera
A moꝛte ꝑpetua libera
Per myſterium ſancte incar-
nationis tue libera
Per aduentū tuū libera
Per natiuitatē tuā libera
Per baptiſmū ⁊ ſanctum ieiu
nium tuum libera
Per crucē ⁊ paſſionē tuā l.
Per moꝛtē ⁊ ſepulturā tuā l.
Per ſctāꝫ reſurrectōeꝫ tuā l.
Per admirabilem aſcenſionē
tuam libera
Per aduentuꝫ ſancti ſpiritus
paracliti libera
In die iudicij libera

Peccatoꝛes. te rogamꝰ audi nos.
Ut nobis indulgeas te.
Ut eccl'iam tuā ſanctā regere
et cōſeruare digneris te.
Ut domū aplicū ⁊ oīs ecclia-
ſticos oꝛdines in ſancta religio
ne cōſeruare digneris te.
Ut noſmetipos in tuo ſancto
ſeruitio confoꝛtare ⁊ conſerua

re digneris te.
Ut oib⁹ bñfactorib⁹ nr̄is ſem piterna bona retribuas te.
Ut fructus terre dare ⁊ cõſeruare digneris te.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem eternam donare digneris te.
Ut nos exaudire digneris te.

Agnus dei qui tollis peccata

mundi: parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi: exaudi nos domine.
Agnus dei qui tolliſ peccata mundi: miſerere nobis. Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos. Kyrieleiſon. Chriſteleyſon. Kyrieleyſon. Quo incepto ſacerdos de veſtiario cū miniſtris rediēs facit ꝯfeſſionem debitā in loco ꝯſueto ⁊ aſcendēs poſtmodū ad altare finito Kyrieleyſon. ſacerdos incipit ſolēniter. Gl'ia in excelſis deo et cāpana pulſat. finito Gl'ia in excel. dr̄. Dñs vobiſcū Orõ
Deus q̄ hanc ſacratiſſimā noctē glīa dñice reſurrectionis illuſtras: ꝯſerua in noua familie tue ꝓgenie adoptõnis ſpm̄ quē dediſti: vt corpe ⁊ mente renouati: purā tibi exhibeant ſeruitutē. Per eundem.
Hec oratio tantū dr̄. Epiſtola ad coloſſenſes. iij. capitulo.
Fratres. Si ꝯſurrexiſtis cum xp̄o: que ſurſuʒ ſunt querite: vbi xp̄s eſt in dextera dei ſedēs. Que ſurſum ſunt ſapite: nõ que ſup terrā Mortui em̄ eſtis: ⁊ vita veſtra aſcõdita eſt cum xp̄o in deo. Cum eniʒ xp̄s apparuerit vita vr̄a: tūc et vos appebitis cū ipo in gloria
Finita epiſtola ſacerdos qui cantat miſſam incipit.

Alle lu ya.
Et totū decantat ter exaltādo vocē ſuā gradatiʒ: ⁊ chor⁹ poſt quālibet vicem in eadem voce repetit illud idem poſtea. ℣.
Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in ſeculū miſericordia eius
Cantat cõiter: vel ſicut cantor diſpoſuerit. Deinde tractus.
Laudate dñm oms gētes: ⁊ collaudate eum oms pplī. ℣. Qm̄ cõfirmata eſt ſup nos mia ei⁹: et veritas dñi manet in eternū

Ad euangeliū nō portant lu minaria ſed incenſuȝ tantum Secūdū Mattheū. xxvij. capi.

Veſpe aūt ſabbati q̄ luceſcit in prima ſabbati vēit maria magdalene ꝛ altera maria videre ſepulchrum. Et ecce terremot⁹ fact⁹ eſt magn⁹. Angelus aūt dñi deſcēdit de celo: et accedēs reuoluit lapidē ꝛ ſedebat ſup eū. Erat aūt aſpectus eius ſicut fulgur: veſtimēta ei⁹ ſicut nix. Pre timore aūt ei⁹ exterriti ſūt cuſtodes: ꝛ facti ſunt velut mortui. Rñdēs aūt āgelus dixit mulierib⁹. Nolite timere vos. Scio em̄ ꝙ ieſum q̄ crucifixus eſt q̄ritis. Nō eſt hic ſurrexit em̄ ſicut dixit. Venite et videte locū vbi poſitus erat dñs. Et cito eūtes dicite diſcipulis ei⁹: q: ſurrexit: ꝛ ecce p̄cedet vos in galileā. Ibi eū videbitis: ecce p̄dixi vobis. Finito euāgelio dicat ſacerdos. Dñs vobiſcū ꝛ Orem⁹. Et nō dicit Credo in vnū. nec offer. Secr

Suſcipe dñe q̄s p̄ces pplī tui oblatōibus hoſtiarū: vt paſchalibus initiata myſterijs ad eternitatis nobis medelā te opante, pficiāt. Per. Prefa. Equū ꝛ ſalutare te quidē dñe omni tpe. Et dr quotidie vſq ad aſcenſionē niſi alia aſſignetur. In hac tm̄ miſſa tm̄ dicitur noctē. ꝛ poſt octauā nō dr diē. ſed in hoc potiſſimū glorioſus predicare. Infra actionem.

Communicātes ꝛ noctem ſacratiſſimaȝ celebrantes reſurrectionis dñi nr̄i ieſu xpi Sicut in paſcha: ſed dr hodie tm̄. Noctē. Alijs aūt dieb⁹ dr. diem. Alia infra actionem.

Hanc igit oblationē ſerui tutis nr̄e. Et dicūt tm̄ vſq ad ſabbatū in albis ſiue. Pax dñi. dr Agnus dei nō dicit. Pacis oſculū nō dat: nec poſt cōionē cantat. Sumpto ſacramento a ſacerdote: ſtatim pro veſpis icipit a choro añ. All'a all'a al'. Qua cātata cantat. ps. Laudate dñm omnes gentes ꝛ collaudate eum omnes ppli. totū cū Gloria patri. ꝛ Sicut erat Et iterat añ All'a. cap. hym. ꝟ. ℣. nō dicit. Ad magt. añ.

Veſpe aūt ſabbati q̄ luceſcit ī prima ſabbati vēit maria

magdalene ⁊ altera maria vi-

dere ſepulchrum alleluya.
ps. Magt. Glo̅ia pri̅. Sicut
erat. Et repetit̃ h̃ an̄. Veſpe
au̅t ſabbati q̄ lu. Poſt h̃ ſacer-
dos dicit Dn̄s vobiſcu̅. Oro.
S Pm̄ nobis dn̄e tue chari
tatis infunde: vt quos ſa-
crame̅tis paſchalibus ſatiaſti:
tua facias pietate concordes.
Per. in vnitate eiuſde̅. Deide
Dn̄s vobiſcu̅. Poſtea dyacon⁹
dicit Ite miſſa eſt. cu̅ duplici
Alla. ℞. Deo gr̄as. cu̅ duplici
Alla. Et ſic dr̄ vſq̄ ad ſabbatu̅
in albis iduſiue. Sz nullo alio
tp̄e iungit alla. cu̅ Ite miſſa e̅.
A Ductus dn̄i celebrat̃ vbi
cu̅q̄ dn̄icus dies venerit
inter q̄nto kale̅das dece̅bris et
tertio nonas eiuſdem menſis.
¶ Notandu̅ eſt q̄ feria. iiij. pri-
ma poſt dies ſc̄te̅ lucie cineruz
diei penth. ⁊ exaltatio̅is ſancte
crucis ſemp q̄ttuor tp̄a celebra̅
tur. ¶ Qn̄cu̅q̄ feſto deeſt aliqd̄
pp̄riu̅: p illo recurratur ad co̅e
ſcto̅r. Si feſtu̅ hu̅s vigilia̅ ve-
niat die lune officiu̅ vigilie fi-
at ſabbato p̄cede̅ti. In vigilijs
in qb⁹ ieiuniu̅ celebram⁹. miſſa
fit de vigilia. Et ſi feſtu̅ fit. fit
co̅me̅oratio de feſto: niſi ee̅t fe
ſtu̅ ſole̅ne: tu̅c ei dr̄ p̄ma miſſa
de feſto: ſc̄da de vigilia. ¶ Nota̅
du̅ q̄ qn̄cu̅q̄ in matutinis fit
de aliq̄ feſto aliq̄ co̅me̅oratio
ſp̄alis: de eode̅ fit co̅me̅oratio
i miſſa: niſi in ip̄o ſp̄alis miſſa
celebret̃. Qn̄cu̅q̄ Te deu̅ lau
dam⁹ dr̄ in matutis Glo̅ia i ex-
celſis deo. et Ite miſſa eſt. dicu̅
tur ad miſſaz illi⁹ officij tm̄ vn
de facte ſunt matutine ⁊ no̅ ali
as: niſi in cena dn̄i et ſabbato
ſcto̅. Tres oro̅nes tm̄ dicuntur
in miſſa ꝯuetuali niſi aliq̄ die
occurrerent plures neceſſario
dice̅de. In duplici vo feſto dr̄
vna oro̅ tm̄: niſi vbi vitari non
po̅t qn̄ occurru̅t pp̄rie dicende
Oro. A cu̅ctis nos q̄s dn̄e me̅
tis ⁊ corpis. dr̄ i miſſa ꝯuetua-
li ta̅ i ferialib⁹ dieb⁹ q̄ dn̄icis ⁊
feſtiuis a feſto purificatio̅is vſ-
q̄ ad dn̄icam de paſſione: ⁊ ab
octaua penth. vſq̄ ad a̅due̅tu̅:
exceptis feſtis duplicib⁹ in qb⁹
no̅ dr̄. nec p aliq̄s oct. nec i vigi
lijs q̄ ieiunant̃: nec in dieb⁹ in
qb⁹ ſufficia̅t pp̄rie co̅me̅oratio
nes: nec in feſtis bt̄i petri ap̄li

nec in miſſis btē marie virgis
Allá. Non cantatur in miſſa
a ſeptuageſima vſqꝫ ad ſabba-
tum ſanctū nec in vigilijs preť
vigilias paſche ⁊ pentħ: ⁊ nati
uitatis dñi ſi venerit in dñica:
nec cantať in feſto innocentū.
niſi venerit in dñica: nec in q̄t-
tuor tēporibus aduētus: et mē
ſis ſeptembris. Alijs autē tem
poribus ſemp cātať. Alleluya
Credo in vnum deum dicitur
oībus diebus dñicis toti⁹ anni
etiā ſi de feſto fiat miſſa ad pri
mā miſſam de nocte natiuitať
dñi: ⁊ ad oēs alias miſſas illi⁹
diei: ⁊ deinceps ꝑ totā octauā:
⁊ in octaua beati iohānis euā
geliſte. in epiphania per totaꝫ
octauā. in cōuerſione ſcī pauli
in purificatiōe beate marie. in
annūtiatione eiuſdē. in cathe-
dra ſancti petri. feria quinta ī
cena dñi. in reſurrectiōe dñi ⁊
ꝑ octauā. in feſto aſcēſionis ⁊ ꝑ
octauā. in pentħ. ⁊ per octauā
in feſto corpis xp̄i ⁊ ꝑ octauaꝫ
ī feſto ſcti iohānis añ portā la-
tinam. in feſto aplorūꝫ petri et
pauli ⁊ per octauā. In octaua
beati iohānis baptiſte, ꝓ eo ꝙ
eſt infra octauā aploꝝ. in feſto
viſitatōis btē marie ⁊ ꝑ octauā
in feſto ſancti petri ad vincla.
in aſſumptiōe btē marie virgī
nis ⁊ per octauā. octaua ſancti
laurētij ꝓ eo ꝙ venit īfra octa
uam beate v̄ginis. in natiuitate
beate v̄ginis ⁊ ꝑ octauā. in fe-
ſtiuitatibus ſancte crucis: in fe
ſtiuitatibus angelorū. in feſto
oīm ſanctoꝝ. in oībus ſolēni-
tatibus duodecim apoſtolorū
et euāgeliſtarū. et ſcti barnabe
et q̄ttuor doctoꝝ. in oībus cō-
ſecrationibus eccleſiarū ⁊ alta
riuꝫ. ⁊ in feſto illius ſcti vel ſcte
cui ſpāliter dedicata ē eccleſia
cōiter dici conſueuit.

Paratus ſacerdos cū ītrat
altare dicat. ℣. Introibo
ad altare dei. ℞. Ad deū q̄ le-
tificat iuuentutē meā. ps. Judi
dica me deus. totū cū Gloria
patri ⁊ ſicut erat. Deinde repe
tiť. ℣. Introibo ad altare dei.
℞. Ad deū qui letificat iuuen
tutem meā. ℣. Adiutoriū nr̄m
in noīe dñi. ℞. Qui fecit celuꝫ
et terrā. Deinde facit cōfeſſio-
nem et abſolutionē. Et hic di
cit. ℣. Deus tu cōuerſus viuifi
cabis nos. ℞. Et plebs tua le-
tabiť in te. ℣. Oſtēde nobis do
mine miaꝫ tuā. ℞. Et ſalutare
tuuꝫ da nobis. ℣. Dñe exaudi
orōnē meā. ℞. Et clamor me⁹
ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcum

℟. Et cū ſpū tuo. Oratio.

AUfer a nobis q̄s dn̄e cunctas iniq̄tates nr̄as: vt ad ſctā ſctōꝝ puris mereamur mētibus introire. Per xp̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amē. Poſtea inclinatus dicit ſecreto hanc orōnem

ORemus te dn̄e ꝑ merita ſctōꝝ tuoꝝ quoꝝ reliq̄e hic ſunt ⁊ oīz ſcōꝝ vt īdulgere digneris oīa pctā mea. Amen

Qua cōpleta aſcendit ad altare et deoſculās illud accipiēſq; thuribulum a dyacono incenſat altare: ⁊ reddito thuribulo dyacono perlegit introitum cuz miniſtris. deinde dicit quādo dicendum eſt.

GLoria in excelſis deo. Et in terra pax hoībus boneuolūtatis. Laudam⁹ te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificam⁹ te. Gr̄as agim⁹ tibi ꝓpter magnā gloriā tuam Dn̄e deus rex celeſtis deus pater oṗs. Dn̄e fili vnigenite ieſu chriſte. Spūs ⁊ alme orphanoꝝ paraclite. Dn̄e de⁹ agnus dei filius patris. Primogenitus marie v̓ginis mr̄is. Qui tollis pctā mundi miſerere nobis. Qui tollis peccata mūdi ſuſcipe deprecationem noſtrā. Ad marie gloriaz. Qui ſedes ad dexterā patris miſerere nobis. Qm̄ tu ſolus ſctūs. Mariam ſanctificās. Tu ſol⁹ dn̄s. Mariaz gubernās. Tu ſolus altiſſimus. Mariā coronans Jeſu xp̄e. Cū ſancto ſpiritu ī gl̄ia dei patris. Amen. Quo finito anteq̄ȝ dicat. Dn̄s vobiſcum oſculat altare in medio. In fine ḡdualis aut Alleluya aut tract⁹ iclinat ſe dyacon⁹ coram altari ⁊ dicit hāc orōnem

MUnda cor meū ac labia oṗs deus q̄ labia eſaye ꝓphete calculo mūdaſti ignito ita me tua gratia miſeratione dignare mūdare: vt ſctm̄ euangeliū tuū digne valeā nūtiare Per xp̄m dn̄m noſtrū. Amen

Dicta orōne ⁊ accepto textu īclinat ſe ſacerdoti celebraturo ⁊ petit benedictionē: dicendo Jube dōne bn̄dicē. Tūc dicat

DOminus Orō ſacerdos ſit in corde tuo ⁊ in labijs tuis: vt digne ⁊ cōpetēter ānūties euangeliū ſuū. Completo euangelio dicit ſacerdos.

CRedo invnū deū: patrē omīpotentē factorē celi et terre viſibiliū oīz ⁊ inuiſibiliū Et in vnū dn̄m ieſum chriſtū filiū dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia ſecula.

Deum de deo lumen de lumi
ne deum verum de deo vero.
Genitũ non factum cõſubſtã
tialem patri per quẽ omnia fa
cta ſunt. Qui propter nos ho
mines ꝛ propter noſtram ſalu
tem deſcẽdit de celis. Et incar
natus ẽ de ſpirituſancto ex ma
ria virgine: ꝛ homo factus eſt.
Crucifixus etiã pro nobis ſub
pontio pylato: paſſus et ſepul
tus eſt. Et reſurrexit tertia die
ſcḋm ſcripturas. Et aſcendit in
celuꝫ ſedet ad dexteraꝫ patris
Et iterũ venturus eſt cum glo
ria iudicare viuos ꝛ mortuos.
Cuius regni nõ erit finis. Et
in ſpiritũ ſanctuꝫ dñm ꝛ viuifi
canteꝫ: qui ex patre filioqꝫ pro
cedit. Qui cum patre ꝛ filio ſi
mul adoratur ꝛ cũ glorificat̃.
Qui locutus eſt ꝑ prophetas
Et vnam ſanctã catholicam ꝛ
aplicam eccleſiam. Confiteor
vnum baptiſma in remiſſionẽ
peccatorũ. Et expecto reſurre-
ctionẽ mortuorũ. Et vitam vẽ
turi ſeculi. Amẽ. Qñ ſacerdos
offert hoſtiam ſuper altare di-
cat hanc orationem. Oro.

Suſcipe ſancte pater oṗs
eterne deus hãc immacu-
latam hoſtiam quã ego indi-
gnus famulus offero tibi deo
meo viuo ꝛ vero pro innume-
rabilibus pctĩs ꝛ offenſionib⁹,
ꝛ negligentijs meis: ꝛ ꝓ oĩbus
circũaſtantibus: ſed ꝛ pro oĩb⁹,
fidelib⁹ xp̃ianis viuis atqꝫ de-
functis: vt mihi ꝛ illis ꝓficiat ad
ſalutẽ in vitã eternam. Amen.
Quãdo mittit aquã in caliceꝫ

Deus qui dicit hãc oroẽꝫ.
humane ſubſtantie digni
tatem mirabiliter condidiſti ꝛ
mirabilius reformaſti: da no-
bis per hui⁹ aq̃ ꝛ vini myſteriũ
ei⁹ diuinitatis eſſe cõſortes: q̃
hũanitatis nr̃e fieri dignat⁹ eſt
ꝑticeps ieſus xp̃us fili⁹ tu⁹ dñs
noſter. Qui tecum viuit et re-
gnat in vnitate ſpiritus ſancti
deus. Per oĩa ſecula ſeculorũ.
Amen Quãdo offert calicẽ ſu
per altare dicat hãc oronem.

Offerimus tibi dñe calicẽ
ſalutaris tuã deprecãtes
clementiã vt in ↄſpectu diuine
maieſtatis tue ꝓ nr̃a ꝛ pro toti
us mũdi ſalute cũ odore ſua-
uitatis aſcẽdat. Amen. Dein-

In ſpũ hũilita de or. Oro
tis ꝛ in aĩo cõtrito ſuſcipia-
mur a te dñe ꝛ ſic fiat ſacrificiũ
noſtruꝫ in cõſpectu tuo hodie
vt placeat tibi domine deus.
Sequitur oratio ſuper hoſtiã
et calicem cum ſigno crucis.

Veni ſanctificator omnipotens eterne deus bene ✠ dic hoc ſacrificiū tuo ſctō nomini ꝑpatū

Cum ponit incenſum in thuribulum dicit hanc orationem.

Per inteceſſionē bti michaelis archāgeli ſtantis a dextris altaris incēſi et oīz electoꝝ ſuorū: incēſum iſtud dignetur dn̄s bene ✠ dicere et in odorez ſuauitatis accipere. Per chriſtum dominum noſtrū. Amē.

Cum incenſat oblata dicit.

Incenſuz iſtud a te benedictum aſcendat ad te dn̄e: et deſcendat ſuper nos mīa tua.

Cū incēſat altare dicit. Orō.

Dirigatur dn̄e orō mea ſicut incēſuz ī ↄſpectu tuo eleuatio manuū mearū ſacrificiū veſptinuz. Pone dn̄e cuſtodiā ori meo: et oſtiuz circūſtātie labijs meis: vt non declinet cor meum in verba malicie ad excuſandas excuſatōes in pctīs.

Quando reddit thuribulum dyacono dicit. Oratio.

Accendat in nobis dominus ignē ſui amoris: et flāmaz eterne charitatis. Amen.

Poſtea ſacerdos vadit lotum man⁹ ſine aliqua orone vocali ſz in regreſſu ante medium altaris dicit hāc oroem. Orō.

Suſcipe ſctā trinitas hāc oblationem quā tibi offerim⁹ ob memoriā paſſionis reſurrectōnis et aſcēſiōis ihū xpi dn̄i nr̄i: et in honore beate marie ſemper virginis et beati iohannis baptiſte et ſanctorum apoſtolorum petri et pauli: et iſtorum et omnium ſanctorum: vt illis proficiat ad honorē: nobis autem ad ſalutem: et illi ꝓ nobis intercedere dignent̄ in celis quorum memoriam facimus in terris. Per chriſtū dominum noſtrum. Amen. Erigens ſe deoſculat̄ altare: et vertens ſe ad ppl̄m dicat. Oratio

Orate fratres: vt meuz ac veſtrū ſacrificiuz acceptabile fiat apud deum omnipotentem. Circumſtantes vero reſpondent. Oratio

Suſcipiat dominus ſacrificium de manibus tuis ad laudem et gloriaz nominis ſui ad vtilitatem quoq3 noſtrā totiuſq3 eccleſie ſue ſancte. Amē

Sequens prefatio cum ſuo cātu dicit̄ quotidie a vigilia natiuitatis domini vſq3 ad epyphaniam: et in purificatione virginis marie: et in miſſa de corpore chriſti. Prefatio.

Eterne deus. Quia ꝑ in-carnati verbi myſterium no-ua mẽtis noſtre oculis lux tue claritatis infulſit. Ut dum viſibiliter deũ cognoſcimus ꝑ hũc inuiſibilium amorem rapia-mur. Et ideo cũ angelis et ar-changelis: cum thronis et do-minationib'. Cumq; omni milicia celeſtis exercitus hymnũ glorie tue canimus ſine fine di-cẽtes. Sanctus. Sanct'. Sanctus dominus

Communican- Infra can. tes et noctẽ vel diem ſacratiſſimum celebrantes: qua vel quo btẽ marie intemerata virginitas huic mundo edidit ſaluatorem. Sed et memoriam venerantes. In primis eiuſdẽ glorioſe ſemperq; virginis ma marie genitricis eiuſdem dei et domini noſtri ieſu xpi: ſed et beatorum apoſtolorum &c.

Sequens prefatio cum ſuo cãtu dicitur in epiphania domini et per totam octauam.

ETerne deus. Qui cū vni
genitus tuus in ſubſtantia no
ſtre mortalitatis apparuit: no
ua nos immortalitatis ſue lu-
ce reparauit. Et ideo cū angel.

Communicā Infra can.
tes ⁊ diē ſacratiſſimū cele
brantes: quo vnigenitus tuus
in tua tecum glia coeternus in
veritate carnis noſtre viſibilit
corpalis appuit. Sz ⁊ memo-
riam venerātes. In primis glo
rioſe ſemperq3 virginis marie
genitricis eiuſdē dei ⁊ domini
noſtri ieſu xpi ſed ⁊ beatorum
apoſtolorum ⁊c.

Sequens prefatio cū ſuo can
tu dicitur a dñica in quadrage
ſima vſq3 ad dominicam in ra
mis palmarum.

ETerne deus. Qui corpo
rali ieiunio vitia cōprimis: mē
tem eleuas: virtutē largiris et
premia. Per xp̄m dñm noſtrū
Per quem maieſtatem tuam.

Sequens prefatio cum ſuo cā
tu dicit quotidie a vigilia paſ
che vſq3 ad octauam: et in ſolē
nibus feſtis et per omnes do-
minicas vſq3 ad aſceſſionē vbi
non aſſignat alia prefatio.

EQuum ⁊ ſalutare. Te q̄-
dē dñe omni tpe: ſz ī hoc po-

tiſſimū diē glorioſius pdicare

cū paſcha noſtrū immolat⁹ eſt

xp̄s. Ipſe eñ verus eſt agnus q

abſtulit peccata mundi. Qui

mortem noſtram moriēdo de

ſtruxit: et vitam reſurgendo re

parauit. Et ideo cum.

Communicā Infra can̄.
tes τ diē ſacratiſſimū cele
brantes reſurrectionis dn̄i nr̄i
ieſu xp̄i ſm carnē. Sed τ me-
moriam venerātes. In primis
glīoſe ſempq̄ vginis marie ge



nitricis eiuſdē dei τ dn̄i nr̄i ie
ſu xp̄i: ſed τ btōꝝ aplōꝝ τc.

Hanc igitur Infra can̄.
oblationē ſuitut noſtre:
ſed et cuncte familie tue quam
tibi offerimus pro nobis quo
qꝫ quos regenerare dignat⁹ es
ex aqua et ſpiritu ſancto tribu
ens eis remiſſionē oīm pecca-
torum: queſumus dn̄e vt placa
tus accipias: dieſqꝫ τc.

Sequēs pfatio cū ſuo cātu dr
in die aſcenſionis: τ deinceps
vſqꝫ ad vigiliā penth.

Per xp̄m dn̄m nr̄m. Qui

poſt reſurrectionē ſuaꝫ oībus

diſcipulis ſuis manifeſtus ap

paruit: et ipſis cernētib⁹ eſt ele-

uatus in celū: vt nos diuinita-

tis ſue tribueret eē participes.

Et ideo cum. Infra cano.

Communicātes ⁊ diē ſacratiſſimum celebꝛantes: quo dñs noſter vnigenitꝰ filius tuus vnitā ſibi fragilitatꝭ nr̄e ſubſtātiā in gloꝛie tue dextera collocauit. Sed et memoꝛiam venerantes in pꝛimis glorioſe ſemperq̄ virginis marie genitricis eiuſdē dei et domini noſtri ieſu chꝛiſti. Sed ⁊ beatoꝝ apoſtoloꝛum ⁊c.

¶ Sequens pꝛefatio cum ſuo cantu dicitur a vigilia penth. vſq̄ ad octauam.

Per xp̄m dñm noſtrū. Qui

aſcendēs ſup oēs celos ſedēſq̄

ad dexterā tuā pꝛomiſſum ſpm̄

ſanctum hodierna die in filios

adoptionis effudit. Quapꝛo-

pter pꝛofuſis gaudijs totꝰ in oꝛ-

be terrarum mundus exultat.

Sed et ſuperne virtutes atq̄

angelice poteſtates: hymnum

gloꝛie tue concinūt ſine fine di-

cētes. Sctūs Scūs. Infra canō.

Cōicātes ⁊ diē ſacratiſſimū pēthecoſtes celebꝛātes: q̄ ſpūſſcūs aplis īnūerꝭ liguis ap-

guit: ſʒ ⁊ meōꝛiā ⁊c. Infra cañ.

HAnc igiť oblationē ſui- tutis noſtre: ſed ⁊ cūcte fa milie tue quā tibi offerimus: pꝛo his quoqꝫ quos regenera re dignatus es ex aqua et ſpū ſancto tribuens eis remiſſiōeʒ omniū peccatoꝛū: q̄s domine vt placatus accipias ⁊c.

Sequēs p̄fatio cū ſuo cātu dꝛ in oībus feſtis aplo꜡ ⁊ euāge liſtarum ⁊ ꝑ octauas eo꜡ et ſi d̄ alio feſto īfra illas oct. agať et hoc vbi alia nō aſſignať.

EQuū et ſalutare. Te dñe ſuppliciter exoꝛare vt gregem tuuʒ paſtoꝛ eterne nō deſeras ſed per beatos apoſtolos tuoſ continua protectione cuſtodi-



as. Ut eiſdem rectoꝛibus gu- bernetur quos operis tui vica rios eidem contuliſti preeſſe paſtoꝛes. Et ideo cum angelis et archangelis.

Sequēs prefatio cū ſuo cātu dicitur in oībus ſolēnitatibus beate marie virginis et infra octauas earum: excepto feſto purificatiōis etiā ſi de alio fe- ſto infra octauas agatur.

ETerne deꝰ. Et te in aſſū- ptione annūtiatione natiuita

te viſitatione ꝯceptione ꝑſen-
tatione beate marie ſemꝑ vir-
ginis collaudare benedicere ⁊
predicare. Que et vnigenituꝫ
tuū ſanctiſpiritus obūbratiōe
concepit et virginitatis gloria
ꝑmanente lumen eternū mun-
do effudit ieſuꝫ xp̄m dominū
noſtrum. Per quē maie.



Sequens prefatio cum ſuo cā
tu dicitur in ſolemnitatib' ſan
cte crucis.

Eterne deus. Qui ſalutē
humani generis in ligno cru-
cis cōtuliſti: vt vnde mors orie
batur: inde vita reſurget. Et q̄
in ligno vincebat: in ligno quo
q̄ vinceretur. Per chriſtū dn̄ꝫ
noſtrum. Per quem.

¶ Prefatio de ſancta
trinitate.

ETerne deꝰ. Qui cum vnigenito filio tuo et ſpū ſancto vnus eſt deus: vnus eſt dn̄s nō in vnius ſingularitate perſone ſed in vnius trinitate ſubſtantie. Quod em̄ de tua gl͞ia reuelante te credimus: hoc de filio tuo: hoc de ſpū ſancto ſine differētia diſcretionis ſentimꝰ: vt in cōfeſſione vere ſempiterneq; deitatis ⁊ in pſonis ꝓpꝛietas: ⁊ in eſſentia vnitas: ⁊ in maieſtate adoꝛet equalitas. Quem laudant angeli atq; archāgeli: cherubin quoq; ac ſeraphin: q̄ nō ceſſant clamare quotidie vna voce dicentes. Sanctus.

¶ Sequēs p̄fatio cū ſuo cantu dꝛ in oibus feſtiuitatibꝰ beati franciſci ⁊ per octauā eius.

Eterne deus. Qui vene-
randū confeſſoꝝ famulū tuuꝫ
btm̄ franciſcū tua de⁹ altiſſima
bonitate ⁊ clemētia ſanctoꝝ
tuoꝝ meritis ⁊ ꝟtutibus ſubli
maſti: mentēq; ipſi⁹ ſanctiſpūs
opatione amor ille ſeraphicus
ardētiſſime incēdit meritis: et
ſuū ſacratiſſimū corpus ſacris
ſtigmatibus īſigniuit exterius
ſigno crucifixi ieſu xp̄i domini
noſtri. Per quem.

¶ Sequēs prefatio cuꝫ ſuo cā-
tu dicitur in feſtiuitate ſancti
auguſtini.

Eterne deus. Quia vas
electōis tue ⁊ lux doctoꝝ mel-
lifluus auguſtinus toto terra-
rum orbe radio mire claritatis
infulſit: vt eccleſiam ſanctam

fidei orthodoxe vere auguſti-
nus illuſtrauit: deſtruxit here-
ſes errores repulit hereticoſq̃
pꝛoſtrauit: ac ſtatus fideliū vni-
uerſe chꝛiſtiane vite auguſtinꝰ
moꝛibꝰ decoꝛauit clericos do-
cuit: laycos monuit: deuios in
viam veritatis reduxit: cūctoꝝ
q̃ cōditionibus ſalubꝛiter pro



uidendo tuam in hoc mari na-
uiculam auguſtinus pꝛouide
gubernauit. Et ideo ꝛc.

¶ Sequens pꝛefatio cum ſuo cantu dicitur in miſſis votiuis de ſpiritu ſancto

Per xpm dominū noſtruz
Qui aſcendēs ſup oīes celos
ſedenſq̃ ad dexterā tuam pꝛo
miſſum ſpm̄ ſanctum in filios
adoptionis effudit. Quapꝛo-

pter profuſis gaudijs: tot' in orbe terrarum mūdus exultat Sed ⁊ ſupne virtutes: atq; angelice ptātes hymnum glorie tue cōcinūt ſine fine dicentes.

¶ Sequēs prefatio cū ſuo cantu dicitur in miſſis votiuis de beata virgine.

ET te in veneratiōe beate marie ſp virgīs collaudare bñdicere et ꝑdicare. Que et vnigenitū tuū ſctiſpūs obūbratōe ꝯcepit ⁊ ꝟginitatꝭ glīa pmanē te mūdo lumē eternuꝫ effudit ieſum xp̄m dñm nr̄z. Per quē

Sequēs ꝑfatio dicit̄ i miſſis votiuis de cruce ⁊ feria .ij. iij. ⁊ iiij. maioris hebdomade.

QUi salutē hūani generis in ligno crucis cōſtituiſti vt vñ mors oriebat̄: inde vita reſurgeret. Et qui in ligno vincebat

in ligno q̄s vinceret. Per xp̄m dn̄m nostrū. Per quem.

¶ Sequēs p̄fatio cū ſuo cantu dicit diebus ferialibus a feria quarta cinerum vſq; ad dn̄icā in ramis palmarum.

Eterne deus. Qui corporali ieiunio vitia cōprimis: mētem eleuas: virtutē largiris et p̄mia. Per xp̄m dn̄m nostrū.

¶ Sequēs p̄fatio cū ſuo cātu dicit in dieb' ferialib' et feſtis ſimplicibus ab oct. paſche vſq; ad aſcenſionem.

Te quidē dn̄e omni tēpore: ſed in hoc potiſſimū glorioſius predicare: cū paſcha nr̄m imolatus ē xp̄s. Ipe eī verus eſt agnus: q̄ abſtulit pctā mundi. Qui mortē noſtram moriēdo deſtruxit: ⁊ vitam reſurgendo reparauit. Et ideo cum angelis et archangelis: cum thronis et dominationibus. Cūq;

omni militia celeſtis exercitus hymnum glorie tue canimus ſine fine dicentes.

Sequens prefatio cū ſuo cantu dr̄ i feſtis duplicib' ꝛ ꝑ octa. coꝝ etiā ſi de alio feſto infra illas agit̃. Et ī oīb' ſemiduplicib' ꝛ dñicis niſi ꝓpria aſſignet̃

Per oīa ſecula ſeculoꝝ. ℟ Amen. ℣ Dñs vobiſcū. ℟ Et cū ſpū tuo. ℣ Surſum corda. ℟ Habem' ad dñm. ℣ Gr̄as agam' dño deo nr̄o. ℟ Dignū et iuſtum eſt

Vere dignū ꝛ iuſtum eſt equū ꝛ ſalutare. nos tibi ſemꝑ ꝛ vbiq; gr̄as agere: dñe ſancte pater oīps eterne de'. Per xp̄m dñm noſtrū. Per quē maieſtatem tuā laudāt angeli: adorāt dominationes tremūt poteſtates. Celi celoꝛūq; virtutes ac

btã ſeraphin ſocia exultatōne
ↄcelebrāt. Cū quib' ꝛ nr̄as vo
ces: vt admitti iubeas depreca
mur ſupplici cōfeſſiōe dicētes
Sequēs p̄fatio cum ſuo can
tu dicit' in feſtis ſimplicibus ꝛ
diebus ferialibus: niſi propria
aſſignetur. ℣.

P Er omnia ſecula ſeculoꝝ
℟. Amen. ℣. Dn̄s vobiſcū. ℟.
Et cū ſpū tuo. ℣. Surſum cor
da. ℟. H.. beamus ad dn̄m. ℣.

Gratias agamus dn̄o deo no
ſtro. ℟. Dignū et iuſtum eſt.

V Ere dignuꝫ et iuſtum eſt
equū ꝛ ſalutare nos tibi ſemp
et vbiqꝫ grās agere: dn̄e ſancte
pater omp̄s eterne deus. Per
xp̄m dn̄ꝫ noſtrū. Per quē ma
ieſtatē tuā laudāt āgeli: adorāt
dn̄ationes: tremūt poteſtates.

¶ In minoribus ſemiduplici-bus et diebus dñicis.

Celi celorūq; virtutes ac beata ſeraphin ſocia exultatiõe cõcelebrāt. Cū q̄b' ⁊ nr̄as voces vt admitti iubeas dep̄camur ſupplici cõfeſſione dicētes.

Gła i excelſis deo Ite miſſa ē

In minoribus duplicibus

Gła i excelſis deo Ite miſſa ē

¶ In maioribus ſemiduplici-bus.

Gła i excelſis deo Ite miſſa ē

Gła i excelſis deo Ite miſſa ē

¶ In feſtis ſimplicib' ſolenib'.

Gła i excelſis deo Ite miſſa ē

¶ In feſtis ſimplicibus mino-ribus.

Gła i excelſis deo Ite miſſa ē

¶ In feſtiuitate beate marie virginis.

Gła i excelſis deo Ite miſſa ē

Bn̄dicam' dño Bn̄dicam' do-mino. Bn̄dicam' dño Bn̄di-cam' dño. Credo in vnū deū.



T E igit clemen
tiſſime pater p
ieſum chriſtuz
filium tuū dn̄z
noſtrū ſuppli-
plices rogam⁹
ac petim⁹:vti accepta habeas ꝛ
bn̄dicas hec ✠ dona hec ✠ mu
nera hec ✠ ſancta ſacrificia illi
bata:in primis q̄ tibi offerim⁹
ꝓ eccl'ia tua ſctā catholica quā
pacificare:cuſtodire:adunare:
et regere digner͛ toto orbe t͛ra
rum vna cū famulo tuo papa
nr̄o. N. ꝛ ātiſtite nr̄o. N. ꝛ re
ge nr̄o. N. ꝛ oib⁹ orthodoxis:
atq̧ catholice ꝛ aplice fidei cul
toribus. Oratio pro viuis.

M Emēto dn̄e famuloꝝ fa
mularūq̧ tuaruz. N. et
oiz circūaſtātiū q̄rū tibi fides
cognita ē ꝛ nota deuotio,ꝓ q̄b⁹
tibi offerim⁹ vl' q̄ tibi offerūt h
ſacrificiū laudis,ꝓ ſe ſuiſq̧ oi-
bus,ꝓ redēptōe aīarū ſuarū:ꝓ
ſpe ſalutis ꝛ incolumitatis ſue
tibiq̧ reddūt vota ſua eterno
deo viuo ꝛ vero. Infra actōez

C Ommunicātes ꝛ mēoriā
venerātes. In primis glo
rioſe ſemp̄q̧ virgis marie ge-
nitricis dei et dn̄i nr̄i ieſu xp̄i.
Sed et beatoꝝ apoſtolorū ac
martyrum tuoꝝ Petri Pauli
andree Jacobi Johānis Tho
me Jacobi Philippi Bartho
lomei. Matthei Symonis et
Thadei Lini Cleti Clemētis
Sixti Cornelij Cypriani Lau
rentij Griſogoni Johannis ꝛ
Pauli. Coſme et Damiani ꝛ
oīm ſanctoꝝ tuoꝝ quoꝝ meri
tis precibuſq̧ cōcedas:vt in oī
bus ꝓtectionis tue muniamur
auxilio. Per eundē xp̄m dn̄m
noſtruz. Amen. Infra actōez

H Anc igit oblationē ſerui
tutis nr̄e:ſed ꝛ cūcte fami-
lie tue q̄ſumus dn̄e vt placatus
accipias dieſq̧ nr̄os in tua pa
ce diſponas:atq̧ ab etn̄a dāna
tiōe nos eripi ꝛ i electoꝝ tuoꝝ
iubeas grege numerari. Per
xp̄m dn̄m nr̄m. amen. Oratio

Q Uam oblationē tu deus
in oib⁹ q̄ſum⁹ bn̄ ✠ dictaz
aſcri ✠ ptam ra ✠ tam rōnabi
lem acceptabilēq̧ facere digne
ris vt nobis cor ✠ pus ꝛ ſan ✠
guis fiat dilectiſſimi filij tui do
mini nr̄i ieſu xp̄i. Hic accipiat
hoſtiam in manibus dicendo.

Q Ui pridie q̄ͣ pateret acce
pit panē in ſanctas ac ve-
nerabiles man⁹ ſuas:ꝛ eleuatis
oculis in celū ad te deū patrez
ſuum omnipotentem tibi gra
tias agens bene ✠ dixit fregit

deditq̧ diſcipulis ſuis dicens. Accipite et mādu‍cate ex h oēs Hoc eſt eniꝫ corpus meū. Hic deponat hoſtiā et leuet calicē.

Simili modo poſteaq̄ ce‍natum eſt accipiēs et hūc preclarū calicē in ſanctas ac ve‍nerabiles man⁹ ſuas: item tibi grās agens bene ✠ dixit dedit q̧ diſcipulis ſuis dicens. Acci‍pite et bibite ex eo oēs. Hic eſt eīn calix ſanguinis mei noui ꝛ eterni teſtamēti myſteriū fidei qui pro vobis et pro multis ef‍fundetur in remiſſionē pecca‍torum. Hec quotiēſcūq̧ feceri‍tis in mei memoriam facietis.

Hic deponit calicem.

Unde et memores domīe nos ſerui tui: ſed et plebs tua ſancta xp̄i filij tui dn̄i nr̄i tam btē paſſiōis necnō ꝛ ab inferis reſurrectōis: ſed et in celos glo‍rioſe aſcēſiōis offerim⁹ p̄clare maieſtati tue de tuis donis ac datis: hoſtiā ✠ purā: hoſtiā ✠ ſanctā: hoſtiā ✠ immaculataꝫ panē ✠ ſanctū vite eterne ꝛ ca‍licē ✠ ſalutis ꝑpetue.

Supra que ꝓpitio ac ſere‍no vultu reſpicere digne‍ris: ꝛ accepta habere ſicuti acce‍pta habere dignatus es mune‍ra pueri tui iuſti abel ꝛ ſacrifi‍ciū patriarche noſtri abrahe: ꝛ qd̄ tibi obtulit ſummus ſacer‍dos tu⁹ melchiſedech: ſanctum ſacrificiū īmaculatā hoſtiam.

Hic iclinet ſe ꝛ dicat. Oratio.

Supplices te rogam⁹ oīps deus: iube hec ꝑferri per man⁹ ſcti āgeli tui ī ſublime al‍tare tuum in conſpectu diuine maieſtatis tue: vt quotquot ex hac altaris participatiōe ſacro‍ſanctū filij tui cor ✠ pus ꝛ ſan‍gui ✠ nē ſumpſerimus omni bene ✠ dictiōe celeſti et gratia repleamur. Per eundē chriſtū dominum noſtrum. Amen.

Commemoratio ꝓ defunctis.

Memēto etiaꝫ domine fa‍mulorum famularumq̧ tuarū. N. q̇ nos preceſſerūt cū ſigno fidei et dormiūt ī ſomno pacis: ipſis domine ꝛ oībus in xp̄o quieſcētib⁹ locū refrigerij lucis et pacis vt indulgeas de‍precamur. Per eundeꝫ chriſtū dominū noſtrum Amen. Hic percutiat pectus ſuum aliquā‍tulum altius dicens

Nobis q̧ pctōrib⁹ famu‍lis tuis de multitudine miſera‍tionū tuarū ſperātibus parteꝫ aliquā et ſocietatē donare di‍gneris cum tuis ſanctis apl̄is ꝛ martyribus cū Johanne Ste

phano Mathia Barnaba
Ignacio alexādro marcellino
Petro Felicitate Perpetua
Agatha Lucia agnete cecilia
anaſtaſia: ⁊ oĩbus ſctis tuis: in
tra quoꝝ nos conſortium non
eſtimator meriti ſed venie que
ſumus largitor admitte. Per
chriſtum dominum noſtrum.
Hic non dicitur Amen.

PEr quem hec oĩa domine
ſemp bona creas ſan✠cti
ficas viui✠ficas bene✠dicis
et preſtas nobis. Per ip✠ſuz
et cum ip✠ſo: et in ip✠ſo eſt
tibi deo patri omni✠poten-
ti in vnitate ſpiritus ✠ſancti
omnis honor et gloria.

Cantus ſequens dicitur in
omnibus feſtiuitatibus dupli
cibus et per octauas earum: et
oĩbus ſemiduplicibus et do
minicis diebus.

PEr omnia ſecula ſeculoꝝ

℟. Amē. Oremus. Preceptis ſalutaribus moniti: et diuina inſtitutione formati audemus dicere. Pater noſter qui es in celis ſanctificet nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fi at voluntas tũa ſicut in celo et in terra. Panem noſtruz quo tidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra:

ſicut et nos dimittimus debito
ribus noſtris. Et ne nos indu
cas in temptationem. ℟. Sed
libera nos a malo.

Cantus ſequens dicitur in
ferialibus diebus et feſtis ſim-
plicibus.

Per omnia ſecula ſeculorum
℟. Amen. Oremus preceptis
ſalutaribus moniti: et diuina
inſtitutione formati audemus
dicere. Pater noſter qui es in
celis ſanctificetur nomen tuum.
Adueniat regnum tuum: fiat
voluntas tua ſicut in celo et in
terra. Panem noſtrum quoti-
dianum da nobis hodie: et di-
mitte nobis debita noſtra: ſicut
et nos dimittimus debitoribus
noſtris. Et ne nos inducas in

temptationem. ℟. Sed libera nos a malo.

Libera nos quesumus domine ab omnibus malis preteritis presentibus et futuris: et intercedente beata et glorioſa ſemper virgine dei genitrice maria: et beatis apostolis tuis petro et paulo atque andrea cum omnibus ſanctis da propitius pacem in diebus noſtris: vt ope miſericordie tue adiuti et a peccato ſimus ſemper liberi: et ab omni perturbatione ſecuri. Hic frangit hoſtiam primo in duas partes dicens Per eundem dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Deinde frangit vnam partem in duas partes dicens Qui tecum viuit et regnat deus in vnitate ſpirituſſancti. Hic eleuet modicum tertiam partem cum calice dicens.

Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Hic facit ſignum crucis ſuper ſanguinem dicens. ✠.

Pax ✠ domini ſit ✠ ſemper vobiſcum ✠. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Hic ponat particulam hoſtie in ſanguinem dicens.

Fiat commixtio et conſecratio corporis et ſanguinis domini noſtri ieſu chriſti accipientibus nobis vitam eternam. Amen

Sequitur. Agnus dei qui tollis peccata mundi miſerere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi miſerere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi dona nobis pacem. Hic inclinat ſe ante corpus domini dicens. Oratio.

Domine ieſu chriſte qui dixiſti apoſtolis tuis: pacem meam do vobis: pacem relinquo vobis: ne reſpicias peccata mea: ſed fidem eccleſie tue: eamque ſecundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Hic deoſculatur altare dicens. Pax tecum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

DOmine ieſu xpe fili dei
viui qui ex volūtate pr̄is
cooperāte ſpūſancto p mortē
tuā mundū viuificaſti: libera
me per hoc ſacrū corpus ꝛ ſan
guinem tuum ab oībus iniqui
tatib⁹ meis: et vniuerſis malis
et fac me tuis ſp inherere man
datis: ꝛ a te nunꝗ ſeparī pmit
tas. Qui cū eodē deo patre et
ſpūſancto viuis ꝛ regnas deus
in ſecula ſeculoꝝ. Amen. *Oro*

PErceptio corpis tui dn̄e ie
ſu xpe quā ego indignus
ſumere preſumo nō mihi ꝓue
niat in iudiciū et ꝯdēnationē
ſed ꝓ tua pietate ꝓſit mihi ad
tutamentū mentis ꝛ corporis
et ad medelā ꝑcipiendā. Qui
viuis ꝛ regnas cū deo pr̄e ꝛc.

*Hic accipitur patena cum cor-
pore chriſti dicendo.*

PAnem celeſtem accipiam
et nomē domini inuocabo

*Hic percutiat pectus ter dicens.*

DOmine nō ſum dign⁹ vt i
tres ſub tectū meū: ſed tm̄
dic verbo et ſanabit aīa mea.

*Hic ſumat corpus reuerenter
ſignans ſe illo dicens.*

COrpus domini noſtri ie
ſu xpi cuſtodiat animam
meam in vitam eternā. Amen

*Hic accipiat calicem et dicat.*

QUid retribuā dn̄o ꝓ oīb⁹
q̄ retribuit mihi. Calicem
ſalutaris accipiā: ꝛ nomen dn̄i
inuocabo Laudās inuocabo dn̄m
et ab inimicis meis ſalu⁹ ero.

*Hic ſumat ſanguinem dicens.*

SAnguis domini noſtri ie
ſu xpi cuſtodiat animam
meam in vitam eternā. Amen

*Poſt ſumptōem ſanguis dicat*

QUod ore ſumpſimus dn̄e
pura mēte capiam⁹: et de
munere temporali fiat nobis
remedium ſempiternū. Amen

*Hic dicit purificando.*

COrpus tuū dn̄e qd̄ ſum-
pſi ꝛ ſanguis quē potaui adhe
reat viſcerib⁹ meis ꝛ p̄ſta: vt in
me nō remaneat ſcelerū macu
la: quem pura et ſancta refece-
runt ſacramenta. Qui viuis.

*¶ Finita miſſa ꝛ data bn̄dictō
ne inclinat ſe ante mediū alta-
ris ꝛ dicit hanc orōnem. Qua
finita oſculatur altare.*

PLaceat tibi ſancta trinitas
obſequium ſeruitutis mee
et preſta: vt ſacrificiū quod ocu
lis tue maieſtatis indign⁹ ob-
tuli: tibi ſit acceptabile mihiq
et omnibus pro quibus illud
obtuli: ſit te miſerāte propitia-
bile. Per chriſtum dominū no
ſtrum. Amen.

¶ Dñica reſurrectiõis domini
Statio ad ſanctam Mariam
maiorem. Introitus.

R Eſurrexi ꝛ ad
huc tecumſum
all'a: poſuiſti ſu
per me manuz
tuā all'a: mira-
bilis factā ē ſcia
tua all'a all'a. ps. Dñe probaſti
me ꝛ cognouiſti me tu cogno-
uiſti ſeſſionē meā ꝛ reſurrectio
nem meā. ℣. Gloria. Oratio.
DEus qui hodierna die p
vnigenitū tuū eternitatis
nobis additum deuicta morte
reſeraſti: vota noſtra que pre-
ueniēdo aſpiras: etiā adiuuan
do pſequere. Per eundē dñm
Ep'la ad Corinthios. i. cap. v.
FRatres. Expurgate vet'
fermentū: vt ſitis noua cō
ſperſio ſicut eſtis azimi. Etenī
paſcha noſtruz immolatus eſt
chriſtus. Itaq; epulemur: non
in fermento veteri neq; in fer-
mento malicie et nequitie: ſed
in azimis ſinceritatis ꝛ veritatis
Grad. Hec dies quā fecit dñs
exultemus et letemur in ea. ℣.
Confitemini dño qm̄ bonus:
quoniaz in ſeculum mīa eius.
All'a. ℣. Paſcha noſtrū immo
latus eſt chriſtus. Proſa.

VIctime paſchali laudes ī
molant xp̄iani. Agn' re-
demit oues xp̄s innocēs patri
recōciliauit pctōres. Mors et
vita duello cōflixere mirando
dux vite mortu' regnat viuus.
Dic nobis maria qd vidiſti in
via? Sepulchrū xp̄i viuētis et
gloriam vidi reſurgentis. Dic
nobis maria quid vidiſti ī via
Angelicos teſtes ſudariū et ve
ſtes. Dic nobis maria qd vidi
ſti in via? Surrexit xp̄s ſpes
noſtra precedet ſuos in galileā
Credēdū eſt magis ſoli marie
veraci q̄ iudeoꝝ turbe fallaci.
Scim' xp̄m ſurrexiſſe ex mor
tuis vere: tu nobis victor rex
miſerere. Amē. Scd̄m marcū
IN illo tempore xvi. c.
Maria magdalene ꝛ maria
iacobi et ſalome emerunt aro
mata: vt veniētes vngerēt ihm
Et valde mane vna ſabbatoꝝ
veniūt ad monumentū orto iā
ſole. Et dicebant ad inuicem.
Quis reuoluet nobis lapidez
ab oſtio monumēti? Et reſpi-
cientes: viderūt reuolutū lapi
dem. Erat quippe magn' val-
de. Et introeūtes in monumē
tum: viderūt iuuenē ſedentem
in dextris coopertum ſtola can-
dida ꝛ obſtupuerūt. Qui dixit

illis. Nolite expaueſcere. Je-
ſum queritis nazarenũ crucifi
xuz. Surrexit nõ eſt hic. Ecce
locus vbi poſuerũt eum. Sed
ite dicite diſcipulis eius et pe-
tro: quia p̃cedet vos in galileã
Ibi eũ videbitis ſicut dixit vo
bis. Offert. Terra tremuit et
quieuit duz reſurgeret in iudi
cio deus alleluya. Secreta.
SVſcipe q̃s dñe preces po
puli tui cum oblationibꝰ
hoſtiarũ: vt paſchalibꝰ initia-
ta myſterijs ad eternitatis no
bis medelã te operante profi-
ciant. Per. Cõio. Paſcha no-
ſtrum immolatus eſt xp̃s all'a:
itaq; epulemur in azimis ſin-
ceritatis et veritatis alleluya
alleluya alleluya. Poſt cõio.
SPiritũ nobis domĩe tue
charitatis infunde: vt q̃s
ſacramẽtis paſchalibus ſatia-
ſti: tua facias pietate ɔcordes.
Per. in vnitate eiuſdem ſpũſ.
Infra octauam paſche non fit
de aliquo feſto: ſed poſt oct. ce
lebrant. ¶ Feria.ij. Statio ad
ſanctum Petrum. Introitus.
INtroduxit vos dñs ĩ
terram fluentem lac ⁊
mel all'a: et vt lex dñi
ſemꝑ ſit in ore veſtro all'a all'a.
Ps. Confitemini domino ⁊ in
uocate nomen eius: annuntia-
te inter gentes opera eius. ℣.
Gloria patri ⁊ filio. Oratio.
DEus qui ſolemnitate paſ-
chali mundo remedia cõ
tuliſti: populũ tuũ queſumus
celeſti dono ꝓſequere: vt ⁊ per
fectam libertatem conſequi me
reatur: et ad vitã proficiat ſem
piternã. Per dominũ noſtrũ.
Lectio actuũ apoſtoloꝝ.x.ca.
IN diebus illis. Stans pe
trus in medio plebis dixit.
Viri fratres vos ſcitis ꝙ factũ
eſt verbum per vniuerſam iu-
deam. Incipiens enim a gali-
lea poſt baptiſmũ quod predi
cauit iohannes ieſum a naza-
reth: quomodo vnxit eũ deus
ſpũſancto ⁊ v̾tute: q̇ ꝑtrãſiuit
bñfaciẽdo ⁊ ſanãdo oẽs oppꝰſ
ſos a dyabolo: qm̃ deꝰ erat cuz
illo. Et nos teſtes ſumꝰ oĩm q̃
fecit in regiõe iudeoꝝ ⁊ hier'z
quẽ occiderũt ſuſpẽdẽtes in li-
gno Hũc deꝰ ſuſcitauit t̾tia die
et dedit eũ manifeſtũ fieri non
oĩ pp'lo: ſ; teſtibꝰ p̃ordinatis a
deo: nobis q̇ mãducauimꝰ ⁊ bi
bimus cũ illo poſtꝙ̃ ſurrexit a
mortuis. Et p̃cepit nobis p̃di-
care pp'lo ⁊ teſtificari: q: ip̃e eſt
q̇ ɔſtitutꝰ ẽ a deo iudex viuoꝝ
et mortuoꝝ. Huic oẽs ꝓphete

teſtimoniū phibēt remiſſionē pctōꝝ accipe p nomē ei⁹ oēs q credūt in eū. Grad. Hec dies quā fecit dn̄s exultemus ⁊ letemur in ea. ℣. Dicat nūc iſrael qm̄ bonus qm̄ i ſeculū mia ei⁹ Alla. ℣. Angelus dn̄i deſcēdit de celo: ⁊ accedēs reuoluit lapidem et ſedebat ſuper eum.

Scdm lucam. xxiiij. capitulo.

IN illo tpe. Duo ex diſcipul'is ibāt ipa die i caſtellū qd erat i ſpacio ſtadioꝝ ſexaginta ab hierl'm noie emaus: ⁊ ipi loq̄bant ad inuicē de oib⁹ his q̄ acciderāt. Et factū ē duz fabularēt ⁊ ſecū q̄rerent: ⁊ ipe ihs appropinquās ibat cū ill'. Oculi aūt illoꝝ tenebātur ne eū agnoſcerēt. Et ait ad illos. Qui ſunt hi ſermones quos cōfertis ad inuicē ambulantes ⁊ eſtis triſtes. Et rn̄dēs vnus cui nomē cleophas dixit ei. Tu ſolus pegrin' es in hierl'm: ⁊ non cognouiſti ea q̄ facta ſunt i illa his dieb⁹. Quibus ille dixit. Que? Et dixerūt. De ieſu nazareno: q fuit pphēta potens in ope ⁊ ſermone corā deo ⁊ oi populo. Et quō tradiderūt eū ſūmi ſacerdotes ⁊ pricipes nr̄i in damnationē mortis: ⁊ crucifixerūt eū. Nos aūt ſperabam⁹ q: ipe eſſz redēptur⁹ iſrl'. Et nunc ſup h' oia tertia dies eſt hodie q hec facta ſūt. Sz ⁊ mulieres q̄dam ex nr̄is terruerūt nos: que ante lucē fuerūt ad monumētū ⁊ nō inuēto corpe eius: venerūt dicētes ſe etiā viſionē angeloꝝ vidiſſe: q dicūt eum viuere. Et abierūt q̄dam ex nr̄is ad monumentū: ⁊ ita inuenerūt ſicut mulieres dixerūt ipm vo nō inuenerūt. Et ipe dixit ad illos. O ſtulti ⁊ tardi corde ad credēdū in oib⁹ q̄ locuti ſūt pphe. Nōne h' oportuit pati xpm: ⁊ ita intrare i gloriā ſuā? Et icipiēs a moyſe ⁊ oib⁹ pphetis interp̄tabat illis in oib⁹ ſcripturis q̄ de ipo erāt. Et appropiq̄uerūt caſtello quo ibāt. Et ipe finxit ſe longius ire. Et coegerūt illū dicētes. Mane nobiſcū: qm̄ adueſperaſcit: ⁊ inclinata ē iaz dies. Et intrauit cū illis. Et factum eſt dū recūberet cū illis: accepit panē ⁊ benedixit ac fregit: ⁊ porrigebat illis ⁊ apti ſūt oculi eorū: ⁊ cognouerūt eū: et ipſe euanuit ab oculis eoꝝ. Et dixerūt ad inuicē. Nōne cor nr̄m ardēs erat i nobis de ieſu dum loq̄retur nobis in via: et aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgentes eadem hora regreſſi

ſunt in hierl'm: ⁊ inuenerūt cō
gregatos vndeci: ⁊ eos q̄ cum
ip̄is erāt dicētes: q2 ſurrexit do
min9 vere ⁊ appuit ſymōi. Et
ip̄i narrabāt q̄ geſta erāt i via:
⁊ quō cognouerūt eū i fractōne
panis. Offer. Angelus dn̄i de
ſcendit de celo ⁊ dixit mulie-
rib9: quē q̄ritis: ſurrexit ſic̄ dixit
S Uſcipe q̄s Secre. all'a.
dn̄e p̄ces ppl'i tui cū obla
tionib9 hoſtiarū vt paſchalib9
initiata myſterijs ad et̄nitatis
nobis medelā te opante pficí-
ant. Per Cōio. Surrexit dn̄s
⁊ apparuit petro all'. Poſtcō.
S Piritū nobiſ dn̄e tue cha
ritatis īfunde: vt quos ſa-
cramētis paſchalib9 ſatiaſti: tua
facias pietate cōcordes. Per.
in vnitate eiuſdē. Feria tertia
Statio ad ſcm̄ paulū. Intro.
A Qua ſapientie pota-
uit eos all'a: firmabit̄
in ill' ⁊ nō flectet̄ all'a:
⁊ exaltauit eos i et̄nū all'a all'.
Ps. Cōfitemini dn̄o ⁊ inuoca-
te nomē ei9 annūtiate inter gē-
tes opa eius: ℣. Gl'ia. Orō.
D Eus q̄ eccleſiā tuā nouo
ſp fetu multiplicas: cōce-
de famul' tuis: vt ſacm̄ viuēdo
teneant qd̓ fide pcepert̄. Per.
Lectio actuū apl'oꝝ. xiij. capi.

I N dieb9 illis. Surgēs pau
lus ⁊ manu ſilētiū indicens
ait. Uiri frēs filij gn̄is abrahā
⁊ q̄ in vobis timēt deū vobis
verbū ſalutis hui9 miſſum eſt.
Qui em̄ habitāt hierl'm: ⁊ pri
cipes ei9 ignorātes ih'm: ⁊ vo-
ces pphetarū q̄ p oē ſabbatū
legunt̄ iudicātes īpleuert̄. Et
nullā cām mortis inuenientes
in eo: petierūt a pylato vt int̄
ficerēt eū. Cūq3 cōſummaſſent
oīa q̄ de illo ſcripta erāt depo-
nētes eū de ligno poſuerūt eū
in monumēto. Deus vo ſuſci
tauit eū a mortuis t̄cia die: qui
viſus eſt per dies mltos his q̄
ſimul aſcenderēt cū eo de gali
lea in hierl'm: q̄ vſq3 nūc ſūt te-
ſtes ei9 ad plebē. Et nos vobis
annūtiam9 ea q̄ ad pr̄es nr̄os
repromiſſio facta ē: qm̄ hāc de
us adīpleuit filijs vr̄is reſuſci-
tās ih'm xp̄m dn̄z nr̄m. Grad.
Hec dies. ℣. Dicāt nūc q̄ redē-
pti ſūt a dn̄o quos redemit de
manu inimici: et de regionib9
cōgregauit eos all'a. ℣. Surre
xit dn̄s de ſepulchro q̄ p nobiſ
pepēdit in ligno. Scdm̄ Lucā
I N illo tpe. Stetit xxiiij. ca.
ieſus i medio diſcipl'oꝝ ſuo
rū ⁊ dixit eis. Pax vobis. ego
ſum: nolite timere. Cōturbati

vero ꝛ cōterriti eſtimabant ſe
ſpm̄ videre. Et dixit eis. Quid
turbati eſtis ꝛ cogitatōes aſcē
dūt in corda vr̄a? Videte ma-
nus meas ꝛ pedes meos: quia
egoipſe ſuȝ. Palpate ꝛ videte:
q: ſpūs carnē ꝛ oſſa nō hȝ: ſi-
cut me videtis hr̄e. Et cuȝ hoc
dixiſſet: oñdit eis manus ꝛ pe
des: Adhuc aūt illis nō credē
tibus ꝛ mirātibꝰ pre gaudio di
xit. Habetis hic aliq̄d qd mā-
ducetur. At illi obtulerūt ei p-
tem piſcis aſſi ꝛ fauum mellis:
Et cū manducaſſet corā eis: ſu
mens reliq̄as dedit eis ꝛ dixit
ad eos. Hec ſūt v̄ba q̄ locutus
ſum ad vos cū adhuc eſſem vo
biſcū qm̄ neceſſe ē ipleri oīa q̄
ſcripta ſunt ī lege moyſi ꝛ pro-
phetis ꝛ pſalmis de me. Tunc
aperuit illis ſenſum vt intelli-
gerent ſcripturas: ꝛ dixit eis.
Qm̄ ſic ſcriptū eſt: ꝛ ſic oporte
bat pati xp̄ȝ ꝛ reſurgere a mor
tuis die tr̄ia: ꝛ p̄dicari in noīe
eius penitētiā in remiſſionem
pctōꝝ in oēs gentes. Offer.
Intonuit de celo dn̄s ꝛ altiſſi-
mus dedit vocē ſuā: ꝛ appuerūt
fōtes aquarū mltarū alleluya.
SUſcipe fideliū. Secreta
p̄ces cū oblatōnibꝰ hoſtia
rum ꝛ ꝑ hec pie placatōis of-
ficia ad celeſtē gloriā trāſeamꝰ
Per. Cōio. Si cōſurrexiſtis
cū xp̄o q̄ ſurſuȝ ſunt q̄rite allā
vbi xp̄s ē ī dextera dei ſedēs q̄
ſurſuȝ ſūt ſapite allā. Poſtcō.
COncede q̄s oīps deus: vt
paſchalis ꝑceptio ſacra-
mēti ꝯtinua in nr̄is mētibꝰ pſe
ueret. Per. Feria.iiij. Statio
ad ſcm̄ laurētiū extra muros.
VEnite bn̄di Introitꝰ.
cti p̄ris mei ꝑcipite re
gnū allā: qd vobis pa
ratū eſt ab origine mundi allā
allā allā. ps. Cātate dn̄o cāti
cum nouū: cātate dn̄o oīs tr̄a.
℣. Gloria patri. Oratio.
DEus q̄ nos reſurrectōis
dn̄ice annua ſolēnitate le
tificas: concede propitius: vt ꝑ
temporalia feſta q̄ agimꝰ: pue-
nire ad gaudia eterna merea-
mur. Per eundē. Ab hac die
vſq; ad octauā poſt oēm di-
ei dicit oratio. Eccleſie tue q̄s
Uel Deus omnium fidelium
Lectio actuū aplorꝝ.iij. capi.
IN diebꝰ illis. Aperiēs pe-
trꝰ os ſuū dixit. Viri iſrae-
lite ꝛ qui timetis deuȝ audite.
Deus abrahā et deus yſaac et
deus iacob: deus patrum no-
ſtrorum glorificauit filiū ſuuȝ
ieſum quem vos quidē tradi-

diſtis ꝛ negaſtis ante faciē py-
lati iudicāte illoſ dimitti. Voſ
autem ſanctū ꝛ iuſtū negaſtis
ꝛ petiſtis virū homicidā do-
nari vobis. Auctorē vero vite
interfeciſtis: quē deus ſuſcita-
uit a mortuis: cuius nos teſtes
ſumus. Et nunc fratres ſcio q꞉
per ignorātiam feciſtis: ſicut et
principes vr̄i. Deus autē qui
prenūciauit per os oīuꝫ ꝓphe
tarum pati xp̄m ſuū impleuit
ſic. Penitemini igitur ꝛ cōuer
timini vt deleātur veſtra pctā.
Grad. Hec dies quā fecit ꝛc.
℣. Dextera dn̄i fecit virtutē de
xtera dn̄i exaltauit me. Allā. ℣
Surrexit dn̄s vere ꝛ apparuit
petro. Scd̄m iohannē.xxi.ca.
IN illo tp̄e. Manifeſtauit
ſe iterū ieſus diſcipulis ſuis
ad mare tyberiadis. Manife-
ſtauit aūt ſic. Erant aūt ſimul
ſymon petrus et thomas qui
dicit didymus ꝛ natanael qui
erat a chana galilee ꝛ filij zebe
dei ꝛ alij ex diſcipulis ei⁹ duo.
Dicit eis ſymō petr⁹ Vado pi
ſcari. Dicūt ei. Venim⁹ ꝛ nos
tecū. Et exierunt ꝛ aſcenderūt
in nauim: ꝛ illa nocte nihil prē
diderūt. Mane aūt facto ſte-
tit ieſus in littore: nō tamen co
gnouerūt diſcipuli q꞉ ieſus eſt
Dicit ergo eis ieſus. Pueri nū
quid pulmētū habetis? Rn̄de
rūt ei. Nō. Et dixit eis. Mit-
tite in dexterā nauigij rethe: et
inuenietis. Miſerūt ergo: ꝛ iā
non valebāt trahere pre multi
tudine piſcium. Dicit ergo di
ſcipul⁹ ille quē diligebat ieſus
petro. Dn̄s ē. Symō ergo pe-
trus cū audiſſet q꞉ dn̄s eſt: tuni
ca ſuccinxit ſe Erat eñ nud⁹: ꝛ
miſit ſe in mare. Alij aūt diſci
puli nauigio venerūt. Non eñ
lōge erāt a terra: ſꝫ q̄ſi cubitis
ducētis trahētes rethe piſciuꝫ.
Vt ergo deſcēderūt i trā vide
runt prunas poſitas: ꝛ piſcē ſu
perpoſitū ꝛ panē. Dixit ei ie-
ſus Afferte de piſcib⁹ q̄s prēdi
diſtis nūc. Aſcēdit ſymō petr⁹
ꝛ traxit rethe in terrā plenum
magnis piſcib⁹ centū q̄nquagi-
ta trib⁹. Et cū tanti eſſent nō ē
ſciſſū rethe. Dixit eis ih̄s. Ve
nite prandere. Et nemo aude-
bat diſcūbentiū interrogare eū:
tu q̄s es: ſciētes q꞉ dn̄s eſt. Et
venit ieſus ꝛ accepit panē ꝛ de
dit eis ꝛ piſcē ſimiliter. Hoc iā
tertio manifeſtat⁹ ē ieſus diſci
pulis ſuis: cū ſurrexiſſet a mor
tuis. Offer. Portas celi apuit
dn̄s: ꝛ pluit illis māna vt ede-
rent panē celi dedit illis: panē

angelorum mādcauit homo alleluya. Secreta.

SAcrificia dñe paſchalib' gaudijs imolamus: qbus mirabiliter paſcit eccl'ia tua ⁊ nutrit. Per. Cōio. Xp̄s reſurgens ex mortuis iā nō moritur all'a: mors illi vltra nō dñabit. AB oī nos Poſtcō all'al'. qs dñs vetuſtate purgatos ſacramēti tui venerāda pceptio in nouā trāſferat creaturā. Qui. Feria.v. Statio ad ſctōs duodeci aplos. Introit.

VIctricē manū tuā dñe laudauerūt pariter all'. ſapiētia apuit os mutuz: ⁊ linguas infantiū fecit diſertas all'a all'a. ps. Cātate domino canticum nouum q2 mirabilia fecit. ℣. Glia. Oro.

DEus q diuerſitatē gentiū in cōfeſſione tui nois adunaſti: da vt renatis fōte baptiſmatis vna ſit fides mentiū: et pietas actionū. Per do. Lectō actuū apoſtolorum. viij. capi.

IN dieb' illis. Angel' dñi locutus eſt ad philippū dicēs. Surge ⁊ vade cōtra meridianum ad viā q deſcendit ab hieruſalē in gazam: hec ē deſerta Et ſurgens abijt. Et ecce vir ethiops eunuchus potēs cādacis regine ethiopū q erat ſup oēs gazas eius: venerat adorare in hierlm. Et reuertebat ſedēs ſup currū ſuuz: legenſq ysaiā pphetā. Dixit aūt ſpūs philippo. Accede ⁊ adiūge te ad currū iſtuz. Accurrens aūt philippus audiuit illū legētez yſaiaz pphetā: ⁊ dixit. Putas ne itelligis q legis? Qui ait. Et quō poſſum: ſi aliqs nō oñderit mihi? Rogauitq philippum vt aſcēderet ⁊ ſederet ſecū Locus aūt ſcripture quā legebat hic erat. Tanq̄ ouis ad occiſionē duct' eſt: ⁊ ſicut agnus manſuetus corā tondāte ſe ſine voce ſic nō apuit os ſuū. In humilitate iudiciū ei' ſublatū eſt. Gñationē eius qs enarrabit? Qm̄ tolleret de terra vita ei'. Rñdens aūt eunuch' philippo ait. Obſecro te: de quo propheta dicit h de ſe: an aliquo alio? Aperiēs aūt philipp' os ſuū ⁊ incipiens a ſcriptura iſta euāgelizauit illi ieſum. Et dū irent per viā: venerūt ad quandam aquā. Et ait eunuchus. Ecce aqua. Quis phibet me baptizari? Dixit autē philippus. Si credis ex toto corde licet Et reſpōdēs ait. Credo filiuz dei eē iħz xp̄z. Et iuſſit ſta

re currum: ⁊ descẽderũt vterqꝫ
in aquã philippus ⁊ eunuch⁹:
⁊ baptizauit eũ. Cũ aũt ascen
dissent de aq̃: spũs dñi rapuit
phillipũ: ⁊ ampli⁹ nõ vidit eũ
eunuchus. Ibat aũt ꝑ viã suã
gaudẽs. Phillip⁹ aũt inuent⁹ ẽ
in azoto. Et ptrãsiens euãge-
lizabat ciuitatib⁹ cũctis donec
vẽiret cesareã: nomẽ dñi nr̃i ie
su xpi. Grad. Hec dies. ⁊c. ℣.
Lapidẽ quẽ reprobauerũt edi
ficãtes: hic fact⁹ est in caput an
guli: a dño factũ est istud: ⁊ est
mirabile in oculis nr̃is. Alla.
℣. Surrexit xps q̃ creauit oia
et misertus est humano generi

Secundũ iohannem. xx. ca.

In illo tpe. Maria stabat
ad monumẽtum foris plo-
rans. Dũ ergo fleret iclinauit
se ⁊ pspexit in monumẽtũ. Et
vidit duos angelos in albis se
dentes: vnũ ad caput: ⁊ vnũ ad
pedes vbi positũ fuerat corp⁹
iesu. Dicũt ei illi. Mulier qd
ploras? Dicit eis. Quia tule-
rũt dñm meũ: ⁊ nescio vbi po-
suerũt eũ. Hec cũ dixiss; ꝯuer
sa est retrorsum et vidit iesum
stantẽ ⁊ nesciebat q: ihs ẽ. Di-
cit ei iesus. Mulier qd ploras
Quid q̃ris? Illa existimãs q:
hortolanus esset dicit ei. Dñe
si sustulisti euz: dicito mihi vbi
posuisti eũ ⁊ ego eũ tollã. Di
cit ei iesus. Maria. Conuersa
illa dicit ei. Rabboni qd dicit
magister. Dicit ei ihs. Noli
me tãgere: nondũ enĩ ascẽdi ad
patrẽ meũ. Vade autẽ ad frẽs
meos ⁊ dic eis. Ascẽdo ad pa-
trẽ meũ ⁊ patrẽ vr̃m deũ meũ
⁊ deũ vr̃m. Venit ergo maria
magdalene annũtians discipu
lis q: vidit dñz: ⁊ h dixit mihi.
Offer. In die solẽnitatis vr̃e
dicit dñs inducã vos in terraz
fluentẽ lac ⁊ mel alla. Secreta

Suscipias q̃s dñe munera
populorũ tuorũ propiti⁹:
vt cõfessione tui nois ⁊ baptis
mate renouati sempiternã bea
titudinẽ ꝯsequãt. Per. Cõio.
Populus acq̃sitõnis annũtia
te ꝟtutes ei⁹ alla: qui vos de te
nebris vocauit in admirabile
lumẽ suũ alleluya. Postcõio.

Exaudi dñe pces nostras
vt redẽptionis nostre sa-
crosancta cõmertia ⁊ vite no-
bis cõferant pñtis auxilium: ⁊
gaudia sẽpitna ꝯciliẽt. Per d.

Feria. vi. Statio ad sanctam
mariã rotundã. Introitus.

Eduxit eos dñs in spe
alla: ⁊ inimicos eoruz
operuit mare alla alla.

Ps. Attēdite pplē meꝰ legē me-
am: īclinate aurē vrām in vba
oris mei. ℣. Gloria. Oratio.
O Mñs ſempiterne deꝰ qui
paſchale ſacramentū in
recōciliationis humane federe
ꝯtuliſti: da mētibus noſtris vt
quod profeſſione celebramus:
imitemur effectu Per dominū

Epiſtola beati petri .i. cap. iij.

C Hariſſimi. Chriſtꝰ ſemel
pro pctīs noſtris mortuꝰ ē
iuſtus ꝑ iniuſtis: vt nos offer-
ret deo: mortificatos q̄dem car
ne: viuificatos aūt ſpū. In quo
et his qui in carcere erāt ſpūa-
liter veiēs pdicauit: q̄ icreduli
fuerāt aliqn̄ qn̄ expectabāt dei
patientiā in diebus noe cū fa-
bricaret archa. i q̄ pauci id eſt
octo aīe ſalue facte ſunt ꝑ aquā
quod et vos nūc ſimilis forme
ſaluos fecit baptiſma nō car-
nis diſpoſitio ſordiū: ſꝫ ꝯſcien
tie bone interrogatio in deuꝫ.
Per reſurrectionē dñi nr̄i ihū
xp̄i q̄ eſt in dextera dei. Grad.
Hec dies ℞. ℣. Bñdictꝰ q̄ veīt
in noīe dñi deus dñs ꝛ illuxit
nobis. All'a. ℣. Dicite in genti
tibus q: dñs regnauit a ligno.

Scd̄m Mattheū. xxviij. cap.

In illo tpe. Undecim diſci
puli abierūt i galileā in mō
tem vbi cōſtituerat illis ieſus.
Et vidētes euꝫ adorauerunt:
quidā aūt dubitauerūt. Et ac-
cedens ieſus locutus eſt eis di
cens. Data eſt mihi oīs ptās i
celo ꝛ in terra. Eūtes ergo do
cete oēs gētes: baptizātes eos
in noīe pr̄is ꝛ filij et ſpūſſancti
docētes eos ſeruare oīa q̄cūqꝫ
mādaui vobis. Et ecce ego vo
biſcum ſum oībus diebus vſqꝫ
ad ꝯſūmationē ſeculi. Offer.
Erit vobis hec dies memoria
lis all'a: diē feſtum celebrabit' ſo
lennē domino in ꝑgenies ve-
ſtras legitimū ſempiternū diē
alleluya all'a all'a. Secreta.
H Oſtias q̄s dñe placatꝰ aſ-
ſume: q̄s ꝛ pro renatorū
expiatione peccati deferimꝰ: et
ꝑ acceleratione celeſtis auxilij
Per. Cōio. Data eſt mihi oīs
ptās in celo ꝛ in terra all'a. eun
tes docete oēs gētes baptizan
tes eos in nomine pr̄is et filij
et ſpūſſancti all'a all'a. Poſtcō.
R Eſpice q̄s dñe pplm̄ tuuꝫ
et quē eternis dignatus es
renouare myſterijs: tpalibꝰ cul
pis dignāt abſolue Per. Sab
bato in albis. ſtatio ad ſcm̄ io
hānē i lateran. Intro.
E Duxit dñs pplꝫ ſuū i
exltatōe all'a. ꝛ electos

ſuos ī letitia all'a all'a. ps. Cō-
fitemini dn̄o ⁊ inuocate nomē
eius: annūtiate inter gētes opa
eius. ℣. Gloria patri. Oro.

Concede q̄s op̄s de⁹: vt q̄
feſta paſchalia venerāda
egimus: p hec ꝯtingere ad gau
dia et'na mereamur. Per. Lectio
ep'le bti petri apoſtoli. i. ca. ij.

Chariſſimi deponētes oēs
maliciā ⁊ oēs dolū ⁊ ſimu
lationes ⁊ inuidiā ⁊ oēs detra
ctiones ſicut modo geniti īfan
tes rōnabiles ſine dolo lac ꝯcu
piſcite: vt ī eo creſcatis in ſalutē.
Si tn̄ guſtatis qm̄ dulcis ē dn̄s
Ad quē accedētes lapidē viuū
ab hoībus q̄dē reprobatum a
deo aūt electū ⁊ honorificatū
et ipſi tanq̄ lapides viui ſupe-
dificamini domos ſpūales: ſa
cerdotiū ſctm̄ offerre ſpūales
hoſtias acceptabiles deo p ih'z
xp̄m. Propter qd̄ ꝯtinet ſcriptu
ra. Ecce ponā in ſyon lapidē
ſūmū angularē electū p̄cioſū
et oīs q̄ crediderit in illum nō
cōfundet. Vobis igit' honor
credētibus: nō credētibus autē
lapis quē reprobauerūt edifi-
cātes: hic fact⁹ eſt in caput āgu-
li. Et lapis offenſiōis: ⁊ petra
ſcandali his q̄ offendūt verbo
nec credūt in quo ⁊ poſiti ſunt

Vos aūt eſtis genus electum:
regale ſacerdotiū: gens ſctā: po
pulus acq̄ſitiōis: vt v'tutes an-
nūtietis eius q̄ de tenebris vos
vocauit ī admirabile lumē ſuū
Qui aliq̄n nō pp'ls: nūc autē
populus dei. Qui nō cōſecuti
miam: nūc aūt miam ꝯſecuti.
Ab hac die vſq̄ ad oct penth.
dicunt quotidie duo Alleluya
in miſſa p̄ter q̄ in vigilia pen
thecoſtes ⁊ ī officio letaniarū
in q̄bus nō d: niſi vnum All'a
et p̄terq̄ in ſabbato infra oct.
penthecō. in quo dicunt' q̄nq̄.
Alijs vo temporibus qn̄ All'a
dicit' in miſſa vnū tm̄ d: All'a
℣. Hec dies quē fecit dn̄s exul-
temus ⁊ letemur in ea. All'a. ℣.
Laudate pueri dn̄m: laudate
nomē dn̄i. Scd'm Johē. xx. c.

In illo tēpe. Una ſabbati
maria magdalene venit ma
ne cū adhuc tenebre eſſent ad
monumentū: ⁊ vidit lapidem
ſublatū a monumēto. Cucur-
rit ergo et venit ad ſymonē pe
trum: ⁊ ad aliū diſcipulū quē
diligebat ieſus ⁊ dixit eis. Tu
lerūt dn̄m de monumēto: ⁊ ne
ſcimus vbi poſuerūt eū. Exijt
ergo petrus ⁊ ille ali⁹ diſcipul⁹,
et venerūt ad monumentum.
Currebāt aūt duo ſimul: ⁊ ille

alius diſcipul⁹ precucurrit citius
petro: ⁊ venit prim⁹ ad monu-
mētū. Et cū ſe inclinaſſꝫ vidit
lintheamina poſita: nō tamen
itroiuit. Venit ergo ſymō pe-
trus ſequēs eū: ⁊ introiuit in
monumentū. Et vidit linthea
mina poſita: ⁊ ſudariū qđ fue-
rat ſup caput eius: nō cum lin-
theaminib⁹ poſitū: ſꝫ ſepati in
uolutū in vnū locū. Tūc ergo
introiuit ⁊ ille diſcipul⁹ q vene-
rat prim⁹ ad monumētū: ⁊ vidit
et credidit. Nōdū em̄ ſciebat
ſcripturas: q: opoꝛtebat eum a
moꝛtuis reſurgē. Offer. Bñ-
dict⁹ q venit in noīe dñi: bñdixi
m⁹ vobis de domo dñi: de⁹ dñs
et illuxit nobis all'a all'. Secr.

C Oncede q̄s dñe ſp nos p
hꝫ ſacra myſteria paſcha-
lia ḡtulari: vt ꝯtinua nr̄e repa
tionis opatio ppetue nobis fi
at cauſa letitie. Per do. Cōio
Oms q in xp̄o baptizati eſtis
xp̄m induiſtis all'a. Poſtcōio.

R Edemptiōis nr̄e munere
vegetati q̄s dñe: vt hec per
petue ſalutis auxiliū fides ſem
per vera perficiat. Per dñm.

Dñica in oct. paſche. ſtatio ad
ſctm̄ pācraciū. Intro.

Q Uaſi modo geniti in
fantes all'a: rōnabiles
ſine dolo lac concupiſcite all'a
all'a all'a. ps. Exultate deo ad
iutoꝛi noſtro: iubilate deo ia-
cob. ℣. Gloꝛia patri. Oꝛatio.

P Reſta q̄s oṗs deus: vt q
paſchalia feſta pegim⁹ hec
te largiēte moꝛibus ⁊ vita tene
am⁹. Per. Ab hac die vſq ad
aſcēſionē poſt oꝛonē diei dicū
tur oꝛones de btā virgine: ſcꝫ
Cōcede nos famu. Pꝛo papa
Deus oīm fideliū. Lectio epl'e
beati iohānis apoſtoli. i. ca. v.

C Hariſſimi Omne qđ natū
eſt ex deo vincit mundū
Et hec eſt victoꝛia q vincit mū
dum fides nr̄a. Quis eſt autē
q vincit mūdū: niſi qui credit
qm̄ ihs eſt fili⁹ dei. Hic ē q vēit
p aquā ⁊ ſanguinē ihs xp̄s nō
in aq̄ ſolū: ſed in aq̄ ⁊ ſanguie.
Et ſpūs eſt q teſtificat: qm̄ xp̄s
eſt veritas. Qm̄ tres ſunt q te-
ſtimoniū dant in celo: pr̄: v̄bū
et ſpūſſctūs. Et hi tres vnum
ſunt. Et tres ſunt q teſtimoniū
dāt ī terra: ſpūs: aq̄: ⁊ ſanguis:
Si teſtimoniū hoīꝫ accipim⁹
teſtimoniū dei mai⁹ eſt. Qm̄ hꝫ
eſt teſtimoniū dei qđ maius ē
q: teſtificat⁹ ē de filio ſuo. Qui
credit ī filiū dei hꝫ teſtimoniū
dei in ſe. All'a. ℣. In die reſur-
rectionis mee dicit domin⁹ pce

dam vos in galileam. Alľa. ℣.
Poſt dies octo ianuis clauſis
ſtetit ieſus in medio diſcipulo
rum ſuorũ et dixit: pax vobis.

Scđm Johannem.xx. caplo.

IN illo tpe. Cum eſſet ſero
die illa vna ſabbatoꝝ et fo⸗
res eſſent clauſe vbi erãt diſci⸗
puli cõgregati ꝓpter metũ iu⸗
deoꝝ: venit ieſus ⁊ ſtetit in me
dio eoꝝ ⁊ dixit eis. Pax vobis
Et cum hoc dixiſſet: oñdit eis
manus ⁊ latus. Gauiſi ſũt er⸗
go diſcipuli viſo dño. Dixit er
go eis iterũ. Pax vobis. Sic̃
miſit me pater: ⁊ ego mitto vos
Hec cũ dixiſſet: inſufflauit ⁊ di
xit eis. Accipite ſpm̃ſanctum:
quoꝝ remiſeritis pctã remittũ
tur eis: ⁊ quoꝝ retinueritis re
tenta ſunt. Thomas aũt vnus
de duodecim qui dꝛ dydim⁹ nõ
erat cum eis qñ venit ieſus. Di
xerũt ergo ei alij diſcipuli. Vi
dimus dñm. Ille aũt dixit eis.
Niſi videro in manibus eius
fixurã clauoꝝ: et mittã digitũ
meũ in locũ clauoꝝ: et mittam
manũ meã in latus ei⁹ nõ cre⸗
dam. Et poſt dies octo iterum
erãt diſcipuli eius intus: ⁊ tho-
mas cũ eis. Venit ihs ianuis
clauſis. ⁊ ſtetit in medio ⁊ dixit
eis. Pax vobis. Deinde dicit
thome. Infer digitũ tuũ huc: ⁊
vide man⁹ meas. ⁊ affer manũ
tuã: ⁊ mitte ĩ lat⁹ meũ: ⁊ noli eē
incredulus: ſed fidelis. Rñdit
thomas ⁊ dixit ei. Dñs me⁹ et
deus me⁹. Dixit ei ihs. Quia
vidiſti me thoma credidiſti: be
ati qui nõ viderũt ⁊ crediderĩt.
Multa quidẽ ⁊ alia ſigna fecit
ieſus in ↄſpectu diſcipulorum
ſuoꝝ que nõ ſũt ſcripta ĩ libro
h̃. Hec aũt ſcripta ſũt vt creda
tis q: ihs ẽ xp̃s fili⁹ dei: ⁊ vt cre⸗
dẽtes vitã h̃eatis in noĩe eius.

Offer. Angel⁹ dñi deſcẽdit de
celo ⁊ dixit mulierib⁹. Quem
q̃ritis ſurrexit ſicut dixit alľa.

Secre.

SUſcipe munera
q̃s dñe exultãtis eccleſie:
et cui cauſam tãti gaudij p̃ſtiti
ſti: ꝑpetuũ fructũ cõcede letitie
Per.

Cõmunio Mitte manũ
tuam et cognoſce loca clauorũ
alľa: et noli eſſe incredulus: ſed
fidelis alleluya alľa.

Poſt cõ.

QUeſum⁹ dñe deus nr̃: vt
ſacroſctã myſteria que ꝑ
repationis nr̃e munimine cõtu
liſti: ⁊ p̃ſens nobis remediũ eẽ
facias ⁊ futurũ. Per.

Dñica ſecũda poſt paſcha. Introitus.

MIſericordia dñi ple
na eſt terra alľa: verbo
dei celi firmati ſunt al

leluya allꝰa. ps. Exultate iuſti i
domino: rectos decet collauda
tio. ℣. Gloria pri. Oratio.
DEus q̃ in filij tui humili-
tate iacētē mūdū erexiſti:
fidelibus tuis ꝑpetuā concede
letitiā: vt q̃s ꝑpetue mortis eri
puiſti caſibus: gaudijs facias
ſempiternis ꝑfrui. Per eundē
Lec. epl'e btī Petri apl'i. i. c. ij.
CHariſſimi. Xp̄s paſſus ē
ꝓ nobis vobis relinquēs
exēplū: vt ſeq̄mini veſtigia eiꝰ.
Qui pctm̄ nō fecit nec inuētꝰ ē
dolus in ore eius. Qui cū ma-
lediceret nō maledicebat. Cū
pateret nō cōminabat. Tra-
debat aūt iudicāti ſe iniuſte q̃
pctā nr̄a ip̄e ptulit i corpe ſuo
ſup lignū: vt pctīs mortui iuſti
tie viuamꝰ: cuiꝰ liuore ſanati ſu
mus. Eratis eñ ſicut oues er-
laudabāt ⁊ glorificabāt ⁊ bn̄di
cebant deū in fornace dicētes
All'a. ℣. Bn̄dict' es dn̄e de' pa
trū nr̄orum ⁊ laudabilis in ſecl'a.
Finito vſu dr̄ Gl'ia in excelſis
Seq̄tur. Dn̄s vobiſcū. Orō.
Deus q̄ tribus pueris mi-
tigaſti flāmas igniū: cōce
de ꝓpiti': vt nos famulos tuos
nō exurat flāma vitiorum. Per.
Ep'la ad. Romanos. v. capi.
Frēs. Juſtificati igitur ex
fide pacē habeamus ad
deū ꝑ dn̄m nr̄m ieſuz xp̄z: per
quē ⁊ acceſſum habeam' ꝑ fi-
dem in grām iſtaz in q̄ ſtam' ⁊
gloriamur in ſpe glorie filiorum
dei. Nō ſolū aūt ſz ⁊ gloriam̄
in tribulationib': ſciētes q: tri
bulatio patientiā oꝑatur: pati
entia aūt ꝓbatōem: ꝓbatio ve
ro ſpez. Spes aūt nō cōfūdit
q: charitas dei diffuſa ē in cor
dibus noſtris ꝑ ſpiritū ſanctū
qui dat' eſt nobis. Grad. Lau
date dn̄m omnes gentes ⁊ col-
laudate eum oēs ppl'i. ℣. Om̄
confirmata eſt ſuper nos miſe
ricordia eius: ⁊ veritas dn̄i ma
net in eternum. Poſtea ſequit̄
proſa. Sancti ſpiritus. Se-
cundū lucam. In illo tp̄e Sur
gens ieſus de ſynagoga. Req

re in feria.v.poſt dn̄icā tertiaꝫ
q̄drageſime. Offer. Dn̄e deus
ſalutis mee ī die clamaui ⁊ no
cte corā te intret orō mea in cō
ſpectu tuo dn̄e alla. Secreta.
Ut accepta tibi ſint domīe
noſtra ieiunia p̄ſta nobis
q̄s huiꝰ munere ſacramenti pu
rificatū tibi pectꝰ offerre. Per
Cōio. Spūs vbi vult ſpirat ⁊
vocē eiꝰ audis alla: ſꝫ neſcis vn̄
vēiat aut q̇ vadat alla alla all.
Prebeāt nobis Poſtcō.
dn̄e diuinū tua ſctā feruo
rem quo eoꝝ pariter ⁊ actu de
lectemur ⁊ guſtu. Per. In fe-
ſto trinitatis. Introitus.
Benedicta ſit ſan-
cta trinitas atq̄ ī
diuiſa vnitas cōfi
tebimur ei q: fe-
cit nobiſcū miſeri
cordiaꝫ ſuā. ps. Bn̄dicamꝰ pa
treꝫ ⁊ filiū cū ſctō ſpū. ℣. Glā.
Omnipotens ſem Orō.
piterne deus qui dediſti
famulis tuis in cōfeſſione ve-
re fidei eterne trinitatis glori-
am agnoſcere: ⁊ in potētia ma
ieſtatis adorare vnitatem que
ſumus, vt eiuſdē fidei firmita-
te ab oībus ſemꝑ muniamur
aduerſis. Per. Lectō libri apo
calipſis bti iohānis apl'i. iiij. c.

In diebꝰ illis. Ecce ego io-
hannes vidi oſtiū apertū ī
celo ⁊ vox prima quā audiui
tanq̄ tube loquētis mecuꝫ di-
cens. Aſcende huc ⁊ oſt̄dā tibi
que oportet fieri cito poſt hec.
Statim fui in ſpū ⁊ ecce ſedes
poſita erat in celo. Et ſupra ſe
dem ſedens. Et qui ſedebat ſi-
milis erat aſpectui lapidis ia-
ſpidis ⁊ ſardini. Et yris erat
in circuitu ſedis ſimilis viſioni
ſmaragdine. Et in circuitu ſe-
dis ſedilia viginti quattuor ſe
niores ſedētes circūamicti ve-
ſtimētis albis ⁊ in capitibꝰ eoꝝ
corone aureę. Et de throno ꝓ
cedebāt fulgura ⁊ voces ⁊ to-
nitrua. Et ſeptē lāpades ardē
tes ante thronū q̇ ſunt ſeptem
ſpiritus dei. Et in conſpectu
ſedis tanq̄ mare vitreū ſimile
criſtallo. Et in medio ſedis ⁊ ī
circuitu ſedis quattuor aīalia
plena oculis ante ⁊ retro. Et
aīal primū ſimile leoni Et aīal
ſcdm ſimile vitulo. Et tertium
animal hn̄s faciē q̄ſi hoīs. Et
quartū aīal ſimile aquile volā
ti. Et quattuor aīalia ſingula
eorum habebant alas ſenas. ⁊
in circuitu et intus plena ſunt
oculis. Et requiē non hēbant
die ac nocte dicentia. Sanctꝰ

ſanctus. ſctūs. dominꝰ deus oi-
potēs qui erat ꝛ qui eſt et qui
venturus eſt. Et cū darēt illa
q̄ttuoꝛ aīalia glīam ꝛ honoꝛē.
et benedictionē ſedēti ſup thꝛo
nū viuēti in ſecl'a ſeculoꝝ. pci
debant viginti quattuoꝛ ſenio
res ante ſedētē in thꝛono. Et
adoꝛabāt viuētē i ſecl'a ſecloꝝ.
Grad. Bñdictus es dñe qui
intueris abyſſos: et ſedes ſup
cherubin. ℣. Bñdictꝰ es dñe in
firmamēto celi ꝛ laudabilis in
ſecula. all'a. ℣. Benedictus es
dñe deꝰ patrū noſtroꝝ ꝛ lauda
bilis in ſecula. Euangeliū ſm
iohannē. Erat hō ex phariſe-
s nichodemus nomīe ꝛc. Re
q̄re i feſto inuētiōis ſctē crucis.
Offer. Bñdictus ſit pr̄ vni-
genituſq; filiꝰ dei ſctūs quoq;
ſpūs: q: fecit nobiſcū miaꝫ ſuā
SAnctifica q̄s dñe Secre.
deꝰ noſter p tui nōis inuo
catōem huiꝰ oblationis hoſtiā
et per eā noſmetipſos tibi pfi-
ce munꝰ eternū. Per. Prefatō.
Eterne deus. Qui cū vnigeni
to tuo. Cōio. Bñdicimꝰ deū
celi ꝛ coꝛā oībus viuētibꝰ cōfite
bimur ei quia fecit nobiſcum
miſericoꝛdiā ſuā. Poſtcōio.
PRoficiat nobis ad ſalutē
coꝛpoꝛis ꝛ anime dñe deꝰ
noſter huiꝰ ſacramēti ſuſceptio
et ſempiṫne ſctē trinitatis eiuſ
demq; īdiuidue vnitatis cōfeſ
ſio. Per. Dñica. i. poſt pēthe.
DOmine ī tua Intro.
miſericoꝛdia ſpaui. ex
ultauit coꝛ meū in ſa-
lutari tuo: cātabo dño qui bo-
na tribuit mihi. ps. Uſq; quo
dñe obliuiſceris me ī finē vſq;
quo auertis faciē tuam a me.
℣. Gloꝛia patri. Orō.
DEus in te ſperātiū foꝛti
tudo: adeſto ꝑpitius īuo
cationibus nr̄is: q: ſine te nihil
poteſt moꝛtalis infirmitas: pꝛe
ſta auxiliū grē tue: vt ī exequē-
dis mandatis tuis ꝛ voluntate
tibi ꝛ actōe placeamꝰ. p. dñm.
Epl'a bti Johis apl'i. i. ca. iiij.
CHariſſimi. Deꝰ charitas
ē. In hoc appuit charitas
dei in nobis: qm̄ filiū ſuū vni-
genitū miſit deus in mūdū vt
viuamꝰ p eū. In hoc eſt chari-
tas: nō quaſi nos dilexerimus
deum: ſꝫ qm̄ ipſe pꝛioꝛ dilexit
nos ꝛ miſit filiū ſuū ꝑpiciatō-
nem pꝛo pctīs noſtris. Chariſ
ſimi: ſi ſic deꝰ dilexit nos ꝛ nos
debemꝰ inuicē diligere. Deum
nemo vidit vnq̄. Si diligamꝰ
inuicē: deus in nobis manet: et
charitas eiꝰ in nobis pfecta eſt

In hoc itelligimꝰ qm̄ in eo ma
nemus ⁊ ip̄e in nobis: qm̄ de
ſpū ſuo dedit nobis. Et nos vi
dimꝰ ⁊ teſtificamur: qm̄ pr̄ mi-
ſit filiū ſuuʒ ſaluatorē mundi.
Quiſq̄s cōfeſſus fuerit qm̄ ie-
ſus eſt filiꝰ dei: deꝰ in eo manet
et ipſe in deo. Et nos cognoui
mus ⁊ credimꝰ charitati quaʒ
hʒ deus ī nobis. Deꝰ charitas
eſt. Et qui manet in charitate:
in deo manet: ⁊ deꝰ in eo. In
hoc ꝑfecta eſt charitas dei no-
biſcū: vt fiduciā hēamus ī die
iudicij: q: ſicut ille eſt ⁊ nos ſu-
mus in hoc mūdo. Timor nō
eſt ī charitate: ſʒ ꝑfecta chari-
tas foras mittit timorē: qm̄ ti-
mor penā hʒ. Qui aūt timet:
nō eſt ꝑfectꝰ in charitate. Nos
ergo diligamꝰ deū: qm̄ deꝰ pri
or dilexit nos. Si q̄s dixerit:
qm̄ diligo deū ⁊ fratrē ſuū ode
rit: mēdax ē. Qui eī nō diligit
fratrē ſuū quē videt: deū quē n̄
videt quō pōt diligere? Et h̄
mādatū habemꝰ a deo: vt q̄ di
ligit deū diligat ⁊ fratrē ſuuʒ.
Grad. Ego dixi dn̄e miſerere
mei: ſana aīaʒ meā qm̄ peccaui
tibi. ℣. Beatꝰ q̄ intelligit ſuꝑ
egenū ⁊ pauperē: in die mala
liberabit eū dn̄s. All'a. ℣. Ver
ba mea auribꝰ ꝑcipe dn̄e intel
lige clamorē meū. ſʒ lucā. vi. c.

In illo tpe. Dixit iħs diſci
pulis ſuis. Eſtote miſerico-
des ſicut ⁊ pr̄ vr̄ miſericors ē.
Nolite iudicare ⁊ nō iudica-
bimini. Nolite cōdēnare: ⁊ nō
cōdēnabimini. Dimittite ⁊ di-
mittemini. Date ⁊ dabit̄ vobis
Mēſurā bonā ⁊ cōfertā ⁊ coa
gitatam ⁊ ſupeffluentē dabūt
in ſinū vr̄m. Eadē q̄ppe men-
ſura qua mēſi fueritis remetie
tur vobis. Dicebat aūt illis et
ſimilitudinē. Nunq̄d pōt cecꝰ
cecū ducere? Nōne ambo in
foueā cadūt? Nō eſt diſcipulꝰ
ſuꝑ magiſtrū. Perfectꝰ aūt oīs
erit ſi ſit ſicͭ magr̄ eiꝰ. Quid au
tē vides feſtucā in oclo fr̄is tui:
trabē aūt q̄ in oclo tuo ē nō cō
ſideras? Aut quō poteris dice
re fratri tuo? Frat: ſine eijciā
feſtucā de oclo tuo ip̄e trabē i
oculo tuo nō vides? Hypocri
ta eijce primū trabē de oculo
tuo: ⁊ tūc ꝑſpicies vt educas fe
ſtucā de oculo fr̄is tui. Offer.
Intende voci oŕonis mee rex
meꝰ ⁊ deꝰ meus: qm̄ ad te orabo

Hoſtias nr̄as Secre. dn̄e
dn̄e tibi dicatas q̄s placa-
tus aſſume: ⁊ ad ꝑpetuū nobis
tribue ꝓuenire ſubſidiū. Per.
Cōio. Narrabo oīa mirabi-

lia tua: letabor ⁊ exultabo in te
pſallã nõi tuo altiſſime. P'cõ.
T Antis dñe repleti muneri
bus p̃ſta q̃s: vt ⁊ ſalutaria
dona capiam' : et a tua nunq̃
laude ceſſemus. Per. In feſto
glorioſiſſimi corporis xpi. Intro.
C Ibauit eos ex adipe
frumenti all'a: ⁊ de pe
tra melle ſaturauit
eos all'a all'a all'. Ps. Exultate
deo adiutori nr̃o: iubilate deo
iacob. ℣. Gloria. Oratio.
D Eus qui nobis ſub ſacro
mirabili paſſiõis tue me
moriã reliquiſti: tribue q̃s ita
nos corporis ⁊ ſanguinis tui ſa-
cra myſteria venerari: vt redẽ-
ptionis tue fructũ in nobis iu-
giter ſentiamus. Qui viuis.
Epiſtola ad Corinth. i. ca. xj.
F Ratres Ego enĩ accepi a
dño qd et tradidi vobis
q̃m dñs ieſus in qua nocte tra-
debat accepit panem: et gr̃as
agens fregit ⁊ dixit. Accipite
⁊ mãducate h' eſt corpus meũ
qd pro vobis tradet. Hoc faci
te in meã cõmemorationẽ. Si
militer ⁊ calicẽ poſtq̃ cenauit
dicẽs. Hic calix nouũ teſtamẽ-
tuz eſt in meo ſanguĩe. Hoc fa
cite quotiẽſcũq̃ ſumitis ĩ meã
cõmemoratõem. Quotiẽſcũq̃
enĩ mãducabitis panẽ hũc ⁊ ca
licẽ bibetis: mortẽ dñi anũcia-
bitis donec veniat. Itaq̃ q̃cun
q̃ mãducauerit panẽ vel bibe
rit calicẽ dñi indigne reus erit
corporis ⁊ ſanguinis dñi. Probet
aũt ſeipm hõ: ⁊ ſic de pane il-
lo edat: ⁊ de calice bibat. Qui
enĩ mãducat ⁊ bibit ĩdigne iu-
diciũ ſibi mãducat ⁊ bibit: nõ
diiudicãs corpus dñi. Grad.
Oculi oĩm in te ſperãt dñe: et
tu das illis eſcam ĩ tpe oportu
no. ℣. Aperis tu manũ tuã ⁊ ĩ-
ples oẽ aĩal bñdictione. All'a.
℣. Caro mea vere eſt cib' ⁊ ſan
guis me' vere eſt pot': q̃ mãdu
cat meã carnẽ ⁊ bibit meũ ſan-
guinẽ ĩ me manet ⁊ ego in eo.
L Auda ſyon ſalua Proſa.
torẽ: lauda ducẽ ⁊ paſtorẽ ĩ
hymnis ⁊ canticis. Quãtum
põt tm̃ aude: q2 maior oĩ lau-
de nec laudare ſufficis. Lau-
dis thema ſpecialis. panis vi-
uus ⁊ vitalis hodie pponitur.
Quẽ in ſacre mẽſa cene turbe
fratrẽ duodene datũ nõ ambi
gitur. Sit laus plẽa ſit ſonora
ſit iocunda ſit decora: mentis
iubilatio. Dies enim ſolennis
agitur in qua menſe prima re-
colitur huius ĩſtitutio. In hac
mẽſa noui regis nouũ paſcha

noue legis:phaſe vetus termi
nat. Vetuſtatē nouitas vmbra
fugat veritas.noctem lux illu⸗
minat. Qḋ i cena xp̄s geſſit fa
ciendū h̄ exp̄ſſit in ſui mēoriā.
Docti ſacris inſtitutis panē vi
num i ſalutis cōſecramꝰ hoſtiā.
Dogma dat̃ xp̄ianis q̄ in car
nē trāſit panis:⁊vinū i ſangui
nē. Qḋ nō capis qḋ nō vides:
aīoſa firmat fides p̄ter rerū or
dinē. Sub diuerſis ſpēbus ſi⸗
gnis tm̄ ⁊ nō rebꝰ latēt res exi⸗
mie. Caro cibꝰ ſanguis potꝰ
manet tm̄ xp̄s totus ſub vtraqꝫ
ſpecie. A ſumente non cōciſus
nō cōfractus nō diuiſus īteger
accipit̃. Sumit vnus ſumunt
mille:quātū iſti tm̄ ille nec ſum
ptus cōſumitur. Sumūt boni
ſumūt mali:forte tm̄ ineq̄li:vite
vel interitus Mors eſt malis:
vita bonis:vide paris ſumptō
nis q̄ ſit diſpar exitus. Fracto
demū ſacr̃o: ne vacilles ſꝫ me
mēto:tm̄ eē ſub fragmēto quā
tuꝫ toto tegitur. Nulla rei ſit
ſciſſura:ſigni tm̄ fit fractura q̄
nec ſtatꝰ nec ſtatura ſignati mi⸗
nuitur. Ecce panis angelorū
factꝰ cibus viatorū:vere panis
filiorꝝ:nō mittēdꝰ canibꝰ. In fi
guris p̄ſignat̃:cū yſaac imola
tur agnꝰ paſche deputat̃: dat̃
māna patribus. Bone paſtor
panis vere ieſu nr̄i miſerere:tu
nos paſce nos tuere:tu nos bo
na fac videre i t̃ra viuētiū Tu
qui cūcta ſcis ⁊ vales: qui nos
paſcis hic mortales:tu nos ibi
cōmenſales:coheredes ⁊ ſoda
les fac ſcōrum ciuium. Amen.

Secundū Johannem. vi. ca.

IN illo tp̄e. Dixit ieſus di⸗
ſcipulis ſuis ⁊ turbis iude⸗
orum. Caro mea vere eſt cibꝰ ⁊
ſanguis meꝰ vere ē potꝰ. Qui
manducat meā carnē et bibit
meū ſanguinē in me manet et
ego in illo. Sicut miſit me vi⸗
uens pr̄: ⁊ ego viuo ꝓpter pa⸗
trē: Et qui mādụcat me ipſe vi
uet ꝓpter me. Hic eſt panis q̄
de celo deſcendit. Nō ſicut mā
ducauerūt pr̄es veſtri manna
et mortui ſunt. Qui mādụcat
hūc panē viuet i et̃nū. Offer.
Sacerdotes dn̄i incēſuꝫ ⁊ pa
nes offer̃t deo: ⁊ ideo ſcti erūt
deo ſuo ⁊ nō polluēt nomē eiꝰ

ECcleſie tue Secre. alla.
q̄s dn̄e vnitatis ⁊ pacis ꝓ
pitiꝰ dona cōcede: q̄ ſub oblatis
muneribꝰ myſtice deſignātur.
Per. Prefatio. Quia ꝑ incar
nati v̄bi. ⁊c. Et dr̄ ꝑ tota octa.
Cōio. Quotienſcūqꝫ māduca
bitis panē hūc ⁊ calicē bibetis

morte dñi annūtiabitis donec veniat: itaqꝫ quicūqꝫ manducauerit vel biberit calicē domini indigne reus erit corpis et sanguinis dñi allā. Post cōionē

Hac nos qs dñe diuinitatis tue sempiterna fruitōe repleri: quā p̄ciosi corporis ⁊ sanguinis tui tp̄alis pceptio prefigurat. Qui viuis. Dñica scda post penthe. Introit.

f Factus est dñs ꝓtector meus et eduxit me in latitudine: saluum me fecit qm̄ voluit me. ps. Diligā te domie fortitudo mea: dñs firmamentum meū ⁊ refugiū meū ⁊ liberator meus. ℣. Glia. Oratio.

Sancti nois tui dñe timorē parit' ⁊ amorē fac nos habere ppetuum: qꝛ nunqꝫ tua gubernatōe destituis: quos in soliditate tue dilectōis istituis Per. Epla bti Jobis.i.ca.iij.

Charissimi. Nolite mirari si odit vos mūd'. Nos scim' qm̄ trāslati sum' de morte ad vitā: qm̄ diligimus fratres. Qui nō diligit manet in morte. Ois em̄ q̄ odit fratrē suum homicida est. Et scitis qm̄ ois homicida nō hꝫ vitā eternam in se manētē. In hoc cognouimus charitatē dei: qm̄ ille ꝓ nobis aiam suā posuit: ⁊ nos debemus ꝓ fratrib' aiaꝫ ponere Qui habuerit substātiā mūdi hui' et viderit fratrē suū necessitatē habere: ⁊ clauserit viscera sua ab eo: quō charitas dei manet in eo. Filioli mei nō diligam' v̄bo neqꝫ lingua: sꝫ ope et v̄itate. Grad. Ad dñm cum tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. ℣. Dñe libera aiam meā a labijs iniqs ⁊ a lingua dolosa. allā. ℣. Dñe de' me' in te spaui saluū me fac ex oib' pseq̄ntib' me ⁊ libera me. Scdꝫ Lucam

In illo tēpe. Dixit iħs discipulis suis pabolaꝫ hanc. Homo quidā fecit cenaꝫ magnā: ⁊ vocauit multos. Et misit seruū suū hora cene dicere inuitatis vt venirēt: qꝛ parata sūt oia. Et ceperūt oēs simł' excusare. Prim' dixit ei. Villā emi: ⁊ necesse habeo exire et videre illā. Rogo te habe me excusatū. Et alr' dixit. Juga boū emi q̄nqꝫ ⁊ eo ꝓbare illa. Rogo te habe me excusatū. Et alius dixit. Vxorē duxi: ⁊ ideo nō possuꝫ venire. Et reuersus ꝯu': nūtiauit hec dño suo Tūc iratus pr̄familias dixit seruo suo. Exi cito in plateas ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ paupes ac debiles xiiij.c.

cecos et claudos introduc huc
Et ait ſuus. Dñe factuꝫ eſt vt
impaſti: ꝛ adhuc locus eſt. Et
ait dñs ſuo. Exi i vias ꝛ ſepes
ꝛ cõpelle intrare: vt impleatur
dom⁹ mea. Dico aũt vobis ꝙ
nemo viroꝝ illorũ qui vocati
ſunt guſtabit cenã meã. Offer.
Domine cõuertere ꝛ eripe ani
mã meã: ꝛ ſaluuꝫ me fac ꝑpter
miſericordiã tuam. Secreta.

OBlatio nos dñe q̃s tuo
nõi dicãda purificet: ꝛ de
die in diẽ ad celeſtis vite trãſfe
rat actionẽ. Per. Cõio. Cãta-
bo dño qui bona tribuit mihi
et pſallã nomini dñi altiſſimi.

SUmptis mune Poſtcõ.
ribus ſacris dñe q̃s: vt cuꝫ
frequẽtatione myſterij creſcat
noſtre ſalutis effectus. Per.

Dñica.iij.poſt penth. Introit⁹

REſpice in me ꝛ miſere
re mei dñe: q̃m vnic⁹ ꝛ
paup ſuꝫ ego vide hu
militatẽ meã et laborẽ meuꝫ ꝛ
dimitte oĩa pctã mea de⁹ meus
Ps. Ad te leuaui animã meaꝫ
deus meus in te confido non
erubeſcam. ℣. Gloria. Oratio

PRotector in te ſperãtium
de⁹ ſine quo nihil ẽvalidũ
nihil ſanctũ: multiplica ſuper
nos miãꝫ tuam: vt te rectore te
duce ſic tranſeam⁹ p bona tpa-
lia vt nõ amittam⁹ eterna. Per

Epiſtola bti petri apli. i.ca.v.

CHariſſimi Humiliamini
ſub potenti manu dei: vt
vos exaltet in tpe viſitationis.
Omẽ ſollicitudinẽ veſtrã, pij-
ciẽtes in eũ: q̃m ipſi cura eſt de
vobis. Sobrij eſtote ꝛ vigilate
q: aduerſari⁹ veſter diabol⁹ tan
ꝙ leo rugiẽs circuit q̃rẽs queꝫ
deuoret: cui reſiſtite fortes in fi
de. Scientes eandẽ paſſioneꝫ
ei q̃ in mũdo eſt vr̃e fraĩnitati
fieri Deus aũt oĩs grẽ qui vo-
cauit nos in eternã ſuã gloriaꝫ
in xp̃o ieſu modicũ paſſos ipe
ꝑficiet: cõfirmabit ſolidabitq;.
Ipſi gloria et imperiũ in ſecl'a
ſeculoꝝ amẽ. Grad. Jacta co-
gitatũ tuũ in dño ꝛ ipe te enu-
triet. ℣. Dum clamarẽ ad dñm
exaudiuit vocẽ meaꝫ ab his q̃
appropinquant mihi. All'a. ℣.
Deus iudex iuſtus fortis ꝛ pa
tiens nũquid iraſcet ꝑ ſingl'os
dies. Scd'm Lucam. xv. cap.

IN illo tpe. Erant appropi
quantes ad ieſum publica-
ni et pctõres vt audirent illuꝫ.
Et murmurabãt ſcribe ꝛ pha-
riſei dicẽtes: q: hic pctõres reci
pit ꝛ mãducat cum illis. Et ait
ad illos parabolã iſtam dicẽs.

Quis ex vobis homo q̄ habz centū oues: ⁊ ſi pdiderit vnam ex illis: nōne dimittit nonagintanouē in deſerto ⁊ vadit ad illam q̄ pierat donec inueniat illam? Et cū inuenerit eā impo nit in humeros ſuos gaudens Et veniēs domū: cōuocat amicos ⁊ vicinos dicēs illis. Congratulamini mihi: quia iueni ouē meā q̄ pierat. Dico vobis ꝙ ita gaudium erit in celo ſup vno pctōre pniaz agēte: ꝙ ſup nonagintanouē iuſtis qui non indigent penitētia. Aut q̄ mulier habēs dragmas decē: et ſi perdiderit dragmā vnā: nonne accēdit lucernā ⁊ euertit domū ⁊ q̄rit diligēter donec inuēiat? Et cū inuenerit: cōuocat amicas et vicinas dicēs. Cōgratulamini mihi q꞉ iueni dragmaz quā perdiderā. Ita dico vobis gaudiū erit in celo corā āgelis dei ſup vno pctōre penitentiā agēte. Offer. Sperēt i te oēs q̄ nouerunt nomē tuū dñe: qm̄ nō derelinq̄s q̄rētes te: pſallite dño q̄ habitat in ſyō qm̄ nō ē oblit⁹ orōnē pauperū. Secre.

Reſpice dñe q̄ſum⁹ munera ſupplicātis eccl'ie: ⁊ saluti credentiū perpetua ſctificatōe ſumēda concede. Per. Cōio. Dico vobis gaudium eſt angelis dei ſuper vno peccatore pe nitentiam agente. Poſt cōio.

Sancta tua nos dñe ſūpta viuificent: ⁊ mīe ſempiter ne preparent expiatos. Per.

Dñica.iiij.poſt penth. Intro.

Dominus illumīatio mea ⁊ ſalus mea quez timebo: dñs defenſor vite mee a quo trepidabo: qui tribulāt me īimici mei īfirmati ſunt ⁊ ceciderūt. ps. Si cōſiſtant aduerſuz me caſtra nō timebit cor meū. ℣. Glia. Orō.

Da nobis dñe q̄s: vt ⁊ mūdi curſus pacifice nobis tuo ordine dirigat̄ ⁊ eccl'ia tua tranq̄lla deuotōe letetur. Per.

Epiſtola ad Romāos. viij. c.

Frēs. Exiſtimo em̄ ꝙ nō ſūt ɔdigne paſſiōes hui⁹ tpis ad futurā gl'iam q̄ reuelabit̄ in nobis. Naz expectatio creature reuelatōez filioꝝ dei expectat. vanitati em̄ creatura ſubiecta eſt nō volēs ſed ꝓpter eū q̄ ſubiecit eā in ſpe: q꞉ ⁊ ipa creatura liberabit̄ a ſeruitute corruptōis ī libertatē gl'ie filiorū dei. Scim⁹ em̄ ꝙ oīs creatura īgemiſcit ⁊ pturit vſq꞉ adhuc nō ſolū aūt illa: ſz ⁊ nos ipi primitias ſpūs habētes: ⁊ ipi itra

nos gemimus adoptionē filio
rum dei expectātes redēptōez
corꝑis nr̄i. In xp̄o ieſu domio
nr̄o. Grad. Propiti⁹ eſto dn̄e
pctīs nr̄is ne qñ dicāt gētes vbi
eſt de⁹ eoꝝ. ℣. Adiuua nos de⁹
ſalutaris nr̄ et ꝓpter honorem
noīs tui dn̄e libera nos all'. ℣.
Deus q̄ ſedes ſup thronū ⁊ iu
dicas eq̄tatē. Scd̄m Lucā .v.c.

IN illo tpe. Cū turbe irrue
rēt in ieſuz vt audirēt v̄buz
dei: et ip̄e ſtabat ſecus ſtagnuz
genezareth. Et vidit duas na
ues ſtātes ſecus ſtagnū. Piſca-
tores aūt deſcēderāt ⁊ lauabāt
rhetia. Aſcendēs aūt in vnam
nauiz q̄ erat ſymonis: rogauit
eū vt a terra reduceret puſillū.
Et ſedēs docebat de nauicula
turbas. Vt ceſſauit aūt loqui:
dixit ad ſymonē. Duc in altuz
et laxate rhetia vr̄a ī capturaz
Et reſpondēs ſymō dixit illi.
Preceptor ꝑ totā noctē laborā
tes nihil cepim⁹: in v̄bo autez
tuo laxabo rhete. Et cum hoc
feciſſent: ꝯcluſerūt piſciū mul-
titudinē copioſam. Rūpebaꝛ̄
aūt rhete eoꝝ ⁊ ānuerūt ſocijs
qui erāt in alia naui vt venirēt
et adiuuarēt eos. Et venerunt
et impleuerūt ābas nauiculas
ita vt pene mergerenꝛ̄. Quod
cū videret ſymō petrus ꝓcidit
ad genua ieſu dicēs. Exi a me
q2 hō pctōr ſuz dn̄e. Stupor ei
circūdederat eū ⁊ oēs q̄ cū illo
erant in captura piſciū quā ce-
perant. Siliter aūt iacobuz ⁊
iohannē filios zebedei q̄ erāt
ſocij ſymonis. Et ait ad ſymo
nē ih̄s. Noli timere: ex h̄ eniz
iā eris hoīes capiēs. Et ſubdu
ctis ad terrā nauib⁹ relictis oī-
bus ſecuti ſunt eū. Offer. Illu
mina oculos meos ne vnq̄ ob
dormiā ī morte: ne qñ dicat ini
micus me⁹ ꝓualui aduerſus eū

Secreta

OBlationibus
nr̄is q̄s dn̄e placare ſuſce-
ptis: et ad te nr̄as etiā rebelles
cōpelle ꝓpiti⁹ volūtates. Per.
Cōio. Dn̄s firmamentū meū
et refugiū meū ⁊ liberator me⁹
de⁹ me⁹ adiutor me⁹ Poſt cōio.

MYſteria nos dn̄e q̄ſumus
ſumpta purificent: et tuo
munere tueanꝛ̄. Per dominū

Dñica .v. poſt. penth. Introit⁹.

EXaudi dn̄e vocē meā
q̄ clamaui ad te adiu-
tor me⁹ eſto ne dereli-
quas me neq̄ deſpicias me de
us ſalutaris me⁹. ps. Domin⁹
illuminatio mea: et ſalus mea
quē timebo. ℣ Glīa. Oro

DEus q̄ diligētib⁹ te bona

inuiſibilia preparaſti: infun-
de cordib⁹ nr̃is tui amoris affe-
ctum: vt te in oĩbus et ſup oĩa
diligētes, pmiſſiões tuas q̄ oē
deſideriū ſupāt ꝯſeqmur. Per
Ep̃la btī Petri apl̃i.i.cap.iij.
Chariſſimi. Om̃s vnani-
mes in orõne eſtote: cõpa
tiētes: fraternitatis amatores:
miſericordes: modeſti: hũiles:
nõ reddētes malū, p malo: vel
maledictū, p maledicto: ſꝫ ecõ-
trario bñdicētes. Quia in hoc
vocati eſtis: vt bñdictionē here
ditate poſſideatis. Qui enim
vult vitā diligere ⁊ videre dies
bonos: coerceat linguā ſuam a
malo ⁊ labia eius ne loquant
dolū. Declinet aūt a malo ⁊ fa
ciat bonū: inq̄rat pacē ⁊ ſequa
tur eam: q: oculi dñi ſup iuſtos
⁊ aures eius in p̄ces eoꝝ. Vul
tus aūt dñi ſup faciētes mala.
Et q̄s eſt qui vobis noceat: ſi
boni emulatores fueritis? Sꝫ
et ſi q̄d patimini, ppter iuſtitiā
beati. Timorē autē eoꝝ ne ti-
mueritis: vt nõ conturbemini.
Dñm aūt xp̄m ſanctificate in
cordib⁹ vr̃is. Grad. Protector
nr̃ aſpice deus ⁊ reſpice ſup ſer
uos tuos. ℣ Dñe de⁹ v̄tutū ex-
audi p̄ces ſuorꝝ tuorū all'a. ℣.
Dñe in v̄tute tua letabit rex ⁊
ſup ſalutare tuū exultabit ve-
hemēter. Scd'ꝫ mattheū.v.ca.
In illo tp̄e. Dixit ih̃s diſci
pulis ſuis. Amē dico vobis
niſi abūdauerit iuſtitia veſtra
pluſq̄ ſcribarū ⁊ phariſeorꝫ:
nõ intrabitis in regnū celorꝫ
Audiſtis q: dictū eſt antiquis
Nõ occides. Qui aūt occide-
rit reus erit iudicio. Ego autē
dico vobis q: oĩs q̄ iraſcit fra
tri ſuo re⁹ erit iudicio. Qui au
tē dixerit fratri ſuo racha reus
erit ꝯcilio. Qui aūt dixerit fa
tue: re⁹ erit gehenne ignis. Si
ergo offers mun⁹ tuū ad altare
et ibi recordat⁹ fueris q̄ frater
tu⁹ hꝫ aliq̄d aduerſum te: relin
que ibi mun⁹ tuū ante altare: ⁊
vade pri⁹ recõciliari fratri tuo
et tūc veniēs offeres mun⁹ tuū
Offer. Bñdicā dñm q̄ tribu-
it mihi intellectū, puidebā deū
in ꝯſpectu meo ſemp: qm̄ a de-
xtris eſt mihi ne commouear.
Propitiare dñe Secreta
ſupplicatõibus noſtris et
has oblatiões famuloꝝ famu
larūq̄ꝫ tuarū benign⁹ aſſume vt
qd' ſingli obtulerūt ad honorē
noĩs tui: cūctiſ pficiat ad ſalutē
Per. Cõio. Unā petij a dño
hāc req̄rā vt inhabitē ĩ domo
dñi oĩb⁹ dieb⁹ vite mee. P'cõ.

QVos celeſti dñe dono ſa
tiaſti pſta qs:vt a noſtris
mūdemur occultis:⁊ ab hoſti-
um liberemur inſidijs. Per.

Dñica.vi.poſt penth Introitꝰ

DOminꝰ fortitudo ple
bis ſue:⁊ ꝓtector ſalu
tariū xpi ſui eſt:ſaluū
fac pplm tuū dñe ⁊ benedic he
reditati tue:et rege eos ī ſeculū
Ps. Ad te clamabo deus meus
ne ſileas a me: ne qn taceas a
me ⁊ aſſimilabor deſcendētibꝰ
in lacum. ℣. Gloria. Oratio.

DEus v̓tutū cuius eſt totū
qd ē optimū:īſere cordibꝰ
nris amorē tui nois: ⁊ pſta in
nobis religiōis augmētū: vt q̄
ſunt bona nutrias: ac pietatis
ſtudio q̄ ſūt nutrita cuſtodias.
Per. Epla ad romanos.vi.c.

FRes Quicūq baptizati
ſumus in xpo ieſu in mor
te ipſius baptizati ſumꝰ. Con
ſepulti eni ſumus cū illo ꝑ ba-
ptiſmū in mortē:vt quō ſurre-
xit xps a mortuis ꝑ gliaȝ pris
ita et nos in nouitate vite am-
bulemus. Si eni cōplātati fcti
ſumus ſilitudini mortis eius:
ſimul et reſurrectiōis erimus.
Hoc ſciētes q: vetꝰ hō nr ſiml
crucifixus eſt:vt deſtruat corpꝰ
peccati vt vltra nō ſuiamꝰ pctō
Qui eni mortuꝰ eſt:iuſtificatꝰ ē
a pctō. Si aūt mortui ſumus
cū xpo credimus: q: ſimul etiā
viuemus cū ipo. Scientes qa
xps reſurgēs a mortuis iaȝ nō
morit:mors illi vltra nō dña-
bitur. Qd eni mortuꝰ eſt pctō:
mortuꝰ eſt ſemel. Qd aūt viuit
viuit deo. Ita et vos exiſtima-
te vos mortuos qdē eſſe pctō:
viuentes aūt deo. In xpo ieſu
dño noſtro. Grad. Cōuertere
dñe aliquātulū et depcare ſuꝑ
ſeruos tuos. ℣. Dñe refugium
factꝰ es nobis:a gñatiōe ⁊ ꝓge
nie Alla. ℣. In te dñe ſpaui nō
ꝯfundar ī etnū in tua iuſtitia
libera me ⁊ eripe me: iclina ad
me aurē tuā: accelera vt eripi-
as me. Scdm Marcū.viij.c.

IN illo tēpe. Cū turba mul
ta eſſet cū ieſu nec haberent
quod manducarēt conuocatis
diſciplis ait illis. Miſereor ſu
per turbam:q: ecce iam triduo
ſuſtinēt me nec habēt qd man-
ducēt. Et ſi dimiſero eos ieiu
nos in domū ſuā:deficiēt ī via
Quidā eni ex eis de longe ve-
nerūt. Et rñderūt ei diſcipuli
ſui. Unde iſtos qs poterit hic
ſaturare panibꝰ in ſolitudine?
Et interogauit eos. Quot pa-
nes habetis. Qui dixerūt.ſeptē.

Et p̄cepit turbe diſcūbere ſup terrā. Et accipiēs ſeptē panes gratias agens fregit: et dabat diſcipulis ſuis vt apponerent. Et apposuerunt turbe. Et ha bebant piſciculos paucos: ⁊ ip ſos bn̄dixit ⁊ iuſſit apponi. Et manducauerūt ⁊ ſaturati ſunt Et ſuſtulerūt quod ſuꝑauerat de fragmētis: ſeptē ſportulas. Erant aūt q̄ manducauerant q̄ſi q̄ttuor millia: ⁊ dimiſit eos Offert. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis vt nō moueant̄ veſtigia mea: inclina aurē tuā et exaudi verba mea: mirifica miſericordias tuas q̄ ſaluos fa‑ cis ſperātes in te dn̄e. Secreta

Propitiare dn̄e ſupplica‑ tionibus nr̄is et has ppl'i tui oblatiōes benign' aſſume: et vt nullius ſit irritū votum: nullius vacua poſtulatio: p̄ſta q̄ſumus: vt quod fideliter peti mus efficaciter ꝯſeq̄mur. Per Cōio. Circuibo ⁊ immolabo in tabernaculo eius hoſtiā iu bilationis cantabo et pſalmuꝫ dicam domino. Poſt cōionē.

Repleti dn̄e munerib' tuis tribue q̄ſumus: vt eoꝝ mū demur effectu ⁊ muniamur au xilio Per dn̄m. Dominica ſe‑ ptima poſt pentb. Introitus.

Omnes gētes plaudite manib': iubilate deo i voce exultationis. ps. Qm̄ dn̄s excelſus terribil' rex magn' ſup oēm terrā. ℣. Glīa.

Deus cui' ꝓuidētia Orō in ſui diſpoſitōe nō fallit̄ te ſupplicit̄ exoram': vt noxia cūcta ſubmoueas: ⁊ oīa nobis ꝓfutura ꝯcedas. Per. Epl'a ad

Fratres. Romanos.vi.c. Humanū dico ꝓpter īfir mitatē carnis vr̄e. Sic ei exhi buiſtis mēbra vr̄a ſuire īmūdi tie ⁊ iniq̄tati ad iniq̄tatē: ita et nūc exhibete mēbra vr̄a ſuire iuſtitie ī ſcīficatōeꝫ. Cū eī ſui eſſetis peti: liberi fuiſtis iuſtitie. Quē ergo fructū hūiſtis tūc ī illis in q̄b' nūc erubeſcetis: naꝫ finis illoꝝ mors ē. Nūc ṽo li‑ berati a pctō: ſui aūt facti deo hētis fructū vr̄m ī ſctificationē finē ṽo vitā et̄nā. Stipēdia eī peti mors. Gr̄a aūt dei vita et̄ na In xp̄o ieſu dn̄o nr̄o. Gra. Uenite filij audite me: timorē dn̄i docebo vos. ℣. Accedite ad eū ⁊ illūinamini ⁊ facies vr̄e n̄ ꝯfūdent̄. All'a. ℣. Om̄s gētes plaudite manib' iubilate deo ī voce exl'tatōis. ſm matth.vij.c

In illo tp̄e. D.i.d.ſ. Attēdi te a falſis ꝓphetis q̄ veniūt

ad vos in veſtimētis ouiū: itri
ſecus aūt ſunt lupi rapaces. A
fructibus eoꝝ cognoſcetis eos
Nūqd colligūt de ſpinis vuaſ
aut de tribulꝭ ficus. Sic oīs ar
boꝛ bona fructꝰ bonos facit: ma
la aūt arboꝛ fructꝰ malos facit.
Nō pōt arboꝛ bona fructꝰ ma
los facere: neqꝫ arboꝛ mala fru
ctꝰ bonos facere. Oīs arboꝛ q̄
nō facit fructū bonū excidetꝛ ⁊
ī ignē mittetꝛ. Igitꝛ ex fructibꝰ
eoꝝ cognoſcetis eos. Nō oīs q̄
dicit mihi dñe dñe: intrabit in
regnū celoꝝ: ſꝫ q̄ facit volūtatē
pr̄is mei q̄ ī celis ē ipē intrabit
in regnū celoꝝ. Offer. Sic in
holocauſtū arietū ⁊ thauroꝝ ⁊
ſicut ī milibꝰ agnoꝝ pinguiū ſic
fiat ſacrificiū nr̄z ī ꝯſpectu tuo
hodie vt placeat tibi: q: nō eſt
ꝯfuſio ꝯfidētibꝰ ī te dñe. Secr.
DEus q̄ legaliū differētiaꝫ
hoſtiarū vnīꝰ ſacrificij pfe
ctiōe ſanxiſti: accipe ſacrificiū a
deuotis tuis famulis ⁊ pari bñdi
ctiōe ſicut munera abel ſctifica
vt qđ ſinguli obtulerīt ad maie
ſtatis tue honorē: cūctis pficiat ad
ſalutē. P. Cōio. Inclina aureꝫ
tuā accelera vt eruas me. P⁹cō.
TUa nos dñe medicinalis
opatio ⁊ a nr̄is pūerſitati
bus clementer expediat: et ad
ea q̄ ſunt recta pducat. Dñica
viij. poſt penth. Introitus.
SUſcepimꝰ deus miam
tuā in medio tēpli tui
ſm nomen tuū deus:
ita ⁊ laus tua in fines tr̄e: iuſti
tia plena eſt dextera tua. Ps.
Magnꝰ dñs ⁊ laudabilꝭ nimis
in ciuitate dei noſtri in monte
ſancto eius. ℣. Gloria. Orō.
LArgire nobis dñe q̄s ſemp
ſpm̄ cogitādi q̄ recta ſunt, p
pitiꝰ ⁊ agēdi: vt q̄ ſine te eſſe nō
poſſumꝰ ſm te viuere valeamꝰ.
Per. Epl'a ad Roma. viij. ca.
FRatres. Debitores ſumꝰ
nō carni: vt ſm carneꝫ vi
uamus. Si eñ ſm carnē vixe
ritis: moriemini. Si autē ſpū
facta carnis mortificaueritis vi
uetis. Quicūqꝫ ſpū dei aguntꝛ
hi filij dei ſunt. Nō eñ accepi
ſtis ſpm̄ ſuitutis iterū in timo
re: ſꝫ accepiſtis ſpm̄ adoptiōis
filioꝝ in quo clamamꝰ: abba
pater. Ipē eñ ſpūs teſtimoniū
reddit ſpūi noſtro q͂ ſumus fi
lij dei. Si aūt filij et heredes.
Heredes quidē dei: coheredes
autē xp̄i. Građ. Eſto mihi in
deū protectorē ⁊ in locuꝫ refu
gij vt ſaluū me facias. ℣. Deus
in te ſperaui dñe nō cōfundar
in eternū. All'a. ℣. Magnꝰ do

minus ⁊ laudabilis valde in ci
uitate dei in mõte ſancto eius.
Secundum Lucam. xvi. cap.
IN illo tpe. Dixit ieſus di-
ſcipulis ſuis parabolã hãc.
Homo q̇dã erat diues q̇ habe
bat villicũ: ⁊ hic diffamatꝰ eſt
apud illũ q̄ſi diſſipaſſet bona
illius. Et vocauit illũ: ⁊ ait illi
Quid h̄ audio de te. Redde
rõnẽ villicatõis tue. Jã eñ nõ
poteris villicare. Ait aũt villi-
cus ĩtra ſe. Quid faciã qꝛ dñs
meꝰ aufert a me villicatõez. Fo
dere nõ valeo: mẽdicare erube
ſco. Scio q̇d faciã: vt cũ amotꝰ
fuero a villicatiõe recipiãt me
ĩ domos ſuas. Cõuocatꝭ itaqꝫ
ſingulis debitoribꝰ dñi ſui dice
bat primo. Quãtũ debes dño
meo? At ille dixit. Centum ca
dos olei. Dixitqꝫ illi. Accipe
cautionẽ tuaz ⁊ ſede cito ⁊ ſcri
be q̇nq̄ginta. Deinde alio di-
xit. Tu v̇o q̄tum debes? Qui
ait. Cẽtũ choros tritici. Ait il
li. Accipe litteras tuas ⁊ ſcribe
octoginta. Et laudauit dñs vil
licũ iniq̇tatꝭ qꝛ prudẽter feciſſʒ
qꝛ filij huiꝰ ſeculi prudentiores
filij lucis in gñatione ſua ſunt.
Et ego dico vobis. Facite vo-
bis amicos de mãmona iniq̇-
tatis: vt cũ defeceritꝭ recipiant
vos ĩ etña tabernacl̃a. Offer.
Populũ humilez ſaluũ facies
dñe ⁊ oc̃los ſupboꝝ hũiliabis
qm̃ q̇s deus p̄ter te dñe. Secre
SUſcipe munera q̄s dñe q̄
tibi de tua largitate defe-
rimꝰ: vt hec ſacroſctã myſteria
grẽ tue opante v̇tute: ⁊ p̄ſentis
nobis vite cõuerſatiõe ſctificẽt
⁊ ad gaudia etña pducãt. Per
dñʒ. Cõio. Guſtate et videte
qm̃ ſuauis eſt dñs btũs vir qui
ſperat in eo. Poſt cõmunionẽ
SIt nobis dñe repatio mẽ
tis ⁊ corporis celeſte my-
ſteriuʒ: vt cuius exeq̇mur actio
nem ſentiamus effectum. Per
Dñica.x.poſt penth. Introit
ECce deus adiuuat me
⁊ dñs ſuſceptor eſt aĩe
mee auerte mala ĩimi
cis meis ⁊ in veritate tua diſp-
de illos protector meus domi-
ne. ps. Deus in nomĩe tuo ſal
uum me fac et in virtute tua iu
dica me. ℣. Gloria. Oratio.
PAteãt aures miẽ tue dñe
p̄cibꝰ ſupplicãtiũ: ⁊ vt pe-
tẽtibꝰ ꝯſiderata ꝯcedas fac eos
que tibi ſunt placita poſtulare
Per. Ep̃la ad Corinth.i.ca.x.
FRatres. Non ſimꝰ ꝯcupĩ
ſcẽtes maloꝝ ſicut ⁊ illi cõ
cupierũt. Neqꝫ idolatre effici-

amini ſicut quidã ex ipis quẽ-
admodũ ſcriptũ eſt. Sedit po
pul' mãducare ⁊ bibere: ⁊ ſur-
rexerũt ludere. Neqꝫ fornice-
mur ſicut quidam ex ipſis for-
nicati ſunt: ⁊ ceciderũt in vna
die vigintitria millia. Neqꝫ tẽ
temus xp̃m ſicut quidã eoꝝ tẽ
tauerũt ⁊ a ſerpẽtib' perierunt
Neqꝫ murmuraueritis ſicut q̃
daꝫ eoꝝ murmurauerũt ⁊ ꝑie
rũt ab exterminatore. Hec aũt
oĩa in figura ꝯtingebant illis.
Scripta ſunt aũt ad correptio
nẽ noſtrã in q̃s fines ſeculoruꝫ
deuenerunt. Itaqꝫ qui ſe exiſti
mat ſtare: videat ne cadat. Tẽ
tatio vos ñ app̃hẽdat niſi hũa
na. Fidelis aũt de' eſt q̃ nõ pa
tiet vos tẽtari ſupra id qd̃ po-
teſtis: ſed faciet etiã cũ tẽtatõne
prouentũ vt poſſitis ſuſtinere.
Grad. Dñe dñs nr̃ q̃ꝫ admira-
bile eſt nomẽ tuuꝫ in vniuerſa
terra. ℣. Qm̃ eleuata ẽ magni
ficẽtia tua ſuper celos. Allꝫa. ℣.
Eripe me de inimicis meis de'
me': ⁊ ab inſurgẽtibus in me li
bera me. Scd̃m Lucam. xix. c.
IN illo tp̃e. Cũ appropinq̃
ret ieſus hierl'z: videns ciuita
tem fleuit ſup illã dicẽs. Q: ſi
cognouiſſes et tu. Et quidẽ in
hac die tua: q̃ ad pacẽ tibi: nũc
aũt abſcõdita eſt ab ocul' tuis.
Q: veniẽt dies in te ⁊ circũda
bunt te inimici tui vallo: ⁊ cir-
cũdabunt te ⁊ coanguſtabũt te
vndiqꝫ: et ad terrã ꝓſternent te
et filios tuos q̃ i te ſunt. Et nõ
relinquẽt i te lapidẽ ſup lapidẽ
eo ꝙ nõ cognoueris tp̃s viſita
tionis tue. Et ingreſſus in tẽ-
plũ cepit eijcere vendẽtes i illo
⁊ emẽtes dicẽs illis. Scriptũ ẽ
q: dom' mea dom' oĩonis eſt.
vos aũt feciſtis illã ſpeluncã la
tronũ. Et erat docẽs q̃tidie in
templo. Offer. Juſtitie dñi re
cte letificãtes corda ⁊ dulciora
ſup mel et fauũ: nam ⁊ ſeruus
tuus cuſtodit ea. Secreta.
COncede nobis h' q̃s dñe
digne freq̃ntare myſteria
q: quotiẽs hui' hoſtie cõmẽo-
ratio celebraꝛ: opus nr̃e redẽ-
ptionis exercetur. Per. Cõio.
Qui mãducat carnẽ meã ⁊ bi-
bit ſanguinẽ meũ in me mãet
⁊ ego in eo dicit dñs. Poſt cõ.
TUi nobis dñe cõio ſacra
menti et purificationẽ cõ
ferat ⁊ tribuat vnitatẽ. Per d̃.
Dñica.xi.poſt penthe. Intro.
DUm clamarẽ ad dñm
exaudiuit vocẽ meam
ab his qui appropin-
quat mihi: et humiliauit eos

qui eſt añ ſecla ⁊ manet in eter
nu3: iacta cogitatū tuū in dño
⁊ ipſe te enutriet. ps. Exaudi
deus orōnē meā ⁊ ne deſpexe-
ris depcationē meaʒ: intende
mihi ⁊ exaudi me. v. Gloria.

Deus q̄ oīpotētiā Orō.
tuā pcendo maxime ⁊ mi
ſerādo manifeſtas: multiplica
ſup nos miam tuā: vt ad tua ꝓ
miſſa currētes: celeſtiū bonorū
facias eſſe cōſortes. Per dñm.

Epl'a ad Corinthios. i. ca. xij.

Frēs. Scitis qm̄ cū gen-
tes eſſetis: ad ſimulachra
muta ꝓut ducebamini euntes.
Jō notū vobis facio ꝙ nemo i
ſpū dei loqns dicit anathema
ieſu: ⁊ nemo pōt dicē dñs ihs
niſi in ſpūſctō. Diuiſiōes vero
gratiarū ſunt: idē aūt ſpūs. Et
diuiſiōes miſtrationū ſunt: idē
aūt dñs. Et diuiſiōes opatio-
nu3 ſunt: idē ꝟo de⁹ q̄ opatur
oīa in oīb⁹. Unicuiq3 aūt dat
manifeſtatio ſpūs ad vtilitatē.
Alij quidē p ſpm̄ dat ꝟmo ſa-
piētie: alij aūt ꝟmo ſciētie ꝟm
eundē ſpm̄. Alteri fides in eo-
dem ſpū. Alij gratia ſanitatu3
in vno ſpū. Alij opatō virtutū
Alij ꝓphetia. Alij diſcretō ſpi
rituū. Alij gn̄a linguarū. Alij
interꝑtatio ꝟmonū. Hec autē
oīa opat vn⁹ atq3 idē ſpiritus:
diuidēs ſingul' ꝓut vult. Gra.
Cuſtodi me dñe vt pupillā ocu
li: ſub vmbra alarū tuarū ꝓte-
ge me. v. De vultu tuo iudiciū
meū ꝓdeat: oculi tui videāt eq̄
tatem. All'a. v. Te decet hym-
nus de⁹ i ſyō: ⁊ tibi reddet vo-
tū i hierl'3. Scd'3 Lucā. xviij. c.

In illo tpe. Dixit ieſus ad
quoſdā q̄ in ſe ꝯfidebāt tan
ꝗ iuſti: ⁊ aſpnabant ceteros ꝑ
abolā iſtā. Duo hoīes aſcende
runt in tēplū vt orarent: vnus
phariſeus: ⁊ alter publicanus
Phariſeus ſtās h' apud ſe ora
bat. Deus grās ago tibi q2 nō
ſu3 ſicut ceteri hoīm: raptores
iniuſti adulteri: velut etia3 hic
publicanus. Jeiuno bis in ſab
bato: decimas do oīm q̄ poſſi-
deo. Et publican⁹ a longe ſtās
nolebat nec oclos ad celū leua
re: ſed pcutiebat pect⁹ ſuū dicēs
Deus ꝓpiti⁹ eſto mihi pctōri.
Amē dico vobis: deſcēdit hic
iuſtificatus in domū ſuā ab il-
lo. Quia oīs qui ſe exaltat hu
miliabitur: ⁊ q̄ ſe hūiliat exal
tabitur. Offert. Ad te dñe le-
uaui aīam meā: de⁹ me⁹ in te cō
fido nō erubeſcā: neq3 irrideāt
me inimici mei: etem̄ vniuerſi
qui te expectāt nō cōfundētur.

Ibi dn̄e ſacrificia **Secre.** dicata reddātur: q̄ ſic ad honorem nois tui deferenda tribuiſti vt eadē remedia fieri noſtra preſtares. Per. **Cōio.** Acceptabis ſacrificiuz iuſtitie oblatōnes ⁊ holocauſta ſuper altare tuum dn̄e. **Poſtcōio.** Queſumꝰ dn̄e deꝰ noſter: vt q̊s diuinis reparare non deſinis ſacramētis: tuis nō deſtituas benignꝰ auxilijs. Per.

**Dn̄ica.xi. poſt penthe. Intro.**

Deus in loco ſctō ſuo: deꝰ q̄ inhabitare facit vnanimes ī domo: ipe dabit vtutē ⁊ fortitudinē plebi ſue. **ps.** Exurgat deꝰ ⁊ diſſipentur inimici eiꝰ: ⁊ fugiāt q̄ oderūt eū a facie eiꝰ. **℣.** Glīa. **Orō** Omnīps ſempiīne deꝰ: qui abūdantia pietatis tue ⁊ merita ſupplicū excedis et vota: effunde ſup nos miam tuā: vt dimittas q̄ cōſcia metuit: et adijcias qd̄ orō n̄ pſumit. Per

**Epl̄a ad Corinth.i.ca.xv.**

Frēs. Notū vobis facio euāgeliū qd̄ predicaui vobis qd̄ ⁊ accepiſtis: ī quo ⁊ ſtatis: p qd̄ ⁊ ſaluamini. Qua rōne pdicauerīz vobis ſi tenetꝭ niſi fruſtra crediditſtis. Tradidi eñ vobis in primis qd̄ accepi: qm̄ xp̄s mortuꝰ eſt ꝓ pctis nr̄is ſm̄ ſcripturas: ⁊ q: ſepultus ē: ⁊ q: reſurrexit t̄tia die ſm̄ ſcripturas. Et q: viſus eſt cephe: ⁊ poſt h̄ vndecim. Deide viſuſ eſt pluſq̄ quingētis fratribus ſimul: ex q̄bus mlti manēt vſq̄ adhuc: quidā aūt dormierunt. Deinde viſus ē iacobo: deide apl̄is oībus. Nouiſſime autē oīm tanq̄ abortiuo viſus eſt ⁊ mihi. Ego eñ ſuz minimꝰ apl̄oꝝ qui nō ſuz dignꝰ vocari aplus qm̄ pſecutꝰ ſuz eccl̄iam dei: grā aūt dei ſuz id qd̄ ſum. Et grā eiꝰ in me vacua nō fuit. **Grad.** In deo ſperauit cor meū ⁊ adiutꝰ ſuz: ⁊ refloruit caro mea ⁊ ex volūtate mea cōfitebor illi. **℣.** Ad te dn̄e clamaui deꝰ meus ne ſileas ne diſcedaſ a me. All'. **℣.** Exultate deo adiutori nr̄o iubilate deo iacob ſumite pſalmum iocundum cum cythara.

**Scd̄m marcū.vij.capl̄o.**

In illo tp̄e. Exiēs ieſus de finibus tyri venit per ſydonē ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducunt ei ſurdū ⁊ mutū: ⁊ deprecabant eū vt īponat illi manū Et app̄hendēs eū de turba ſeorſuz miſit digitos ſuos in auriculas eiꝰ ⁊ expuēs tetigit lin-

guã ei⁹. Et ſuſcipiẽs in celũ in
gemuit ⁊ ait illi. Effeta qđ eſt
adaperire. Et ſtatim apte ſũt
aures eius ⁊ ſolutũ eſt vincu-
lũ lingue ei⁹ ⁊ loquebaẜ recte.
Et precepit illis ne cui dicerẽt
Quãto aũt eis ꝓcipiebat: tan
to magis plus ꝑdicabant et eo
amplius admirabãtur dicẽtes
Bñ oĩa fecit: ⁊ ſurdos fecit au
dire: ⁊ mutos loq̃. Offer. Ex
altabo te dñe qm̃ ſuſcepiſti me
nec delectaſti inimicos meos ſu
per me: dñe clamaui ad te ⁊ ſa
naſti me. Secreta.
REſpice dñe q̃s ad noſtraȝ
ꝓpitius ſeruitutẽ: vt quod
offerim⁹ ſit tibi mun⁹ acceptuȝ
et ſit nr̃e fragilitatis ſubſidiuȝ.
Per. Cõio. Honora dñm de
tua ſubſtantia: ⁊ de primitijs
frugũ tuarũ: vt impleanẜ horrea
tua ſaturitate: ⁊ vino torcularia
redundabunt. Poſtcõmunio.
SEntiam⁹ dñe q̃s tui ꝑce-
ptione ſacri ſubſidiũ mẽ
tis ⁊ corpis: vt in vtroq; ſaluati
celeſtis remedij plenitudine gl̃i
emur. Per. Dñica. xij. poſt pẽ
thecoſtes. Introitus.
DEus in adiutoriũ me
um intẽde dñe ad ad
iuuãdũ me feſtina: cõfundãtur
⁊ reuereãtur inimici mei qui q̃
runt aĩam meã. Ps. Auertãtur
retrorſuȝ ⁊ erubeſcãt q̃ volunt
mihi mala. ℣. Gl̃a pr̃i. Oro.
OMnipotẽs ⁊ miſericors
deus de cui⁹ munere vẽit
vt tibi a fidelib⁹ tuis digne et
laudabiliter ſeruiaẜ: tribue no-
bis q̃s: vt ad ꝓmiſſiones tuas
ſine offenſiõe curramus. Per.
Epl̃a ad corinth. ij. capi. iij.
FRatres. Fiduciã talẽ ha
beam⁹ p xp̄m ad deũ non
q̃ ſufficiẽtes ſimus aliq̃d cogi-
tare a nobis quaſi ex nobis: ſȝ
ſufficiẽtia nr̃a ex deo eſt. Qui
⁊ idoneos nos fecit miniſtros
noui teſtamenti: nõ littera: ſed
ſpũ. Littera eĩ occidit: ſpũs au
tem viuificat. Qđ ſi miniſtra-
tio mortis litteris deformata ĩ
lapidib⁹ fuit in gl̃a: ita vt non
poſſent intẽdere filij iſrael in
faciẽ moyſi ꝓpter gloriã vult⁹
eius q̃ euacuaẜ: quõ nõ magis
miſtratõ ſpũs erit in gl̃ia. Nã
ſi miſtratio dãnationis in gl̃a
eſt: multomagis abũdat miſte
riũ iuſtitie in gl̃a. Grad. Bñ
dicã dñm in oĩ tpe: ſemp laus
eius in ore meo. ℣. In domĩo
laudabiẜ aĩa mea: audiãt mã-
ſueti ⁊ letenẜ. All'a. ℣. Dñe de⁹
ſalutis mee ĩ die clamaui ⁊ no
cte corã te. Scd'm lucam. x. ca.

IN illo tpe. Dixit ihs diſci-
pulis ſuis. Beati oculi q vi-
dẽt q̄ vos videtis. Dico eñi vo
bis q multi ꝓphete ⁊ reges vo
luerũt videre q̄ vos videt ⁊ nõ
viderũt: ⁊ audire q̄ auditis: et
nõ audierũt. Et ecce qdã legis
peritꝰ ſurrexit tẽptãs illũ ⁊ di-
cens. Magr̃ qd faciẽdo vitã
eťnã poſſidebo? At ille dixit
ad eũ. In lege qd ſcriptuz eſt?
Quõ legis? Ille aũt rñdẽs di-
xit. Diliges dñm deũ tuũ ex
toto corde tuo: et ex tota aĩa
tua: ⁊ ex oĩbꝰ viribꝰ tuis: et ex
oĩi mẽte tua ⁊ ꝓximũ tuuz ſi
cut teipm̃. Dixitq illi. Recte
rñdiſti. Hoc fac ⁊ viues. Ille
aũt volẽs iuſtificare ſeipm̃: di-
xit ad ieſuz. Et qs eſt meꝰ ꝓxi-
mꝰ? Suſcipiẽs aũt ieſus dixit.
Hõ qdã deſcẽdebat ab hierlz
in hierico: ⁊ incidit ĩ latrones
qui etiã diſpoliauerũt eũ: ⁊ pla
gis ĩpoſitis abierũt ſemiuiuo
relicto. Accidit aũt vt ſacerdos
quidã deſcẽderet eadẽ via ⁊ vi
ſo illo ꝑteriit. Siĺiter ⁊ leuita
cuz eſſet ſecus locuz et videret
eũ: ꝑtrãſiit. Samaritanus aũt
qdã iter faciẽs venit ſecus eũ:
et vidẽs eũ mĩa motus eſt. Et
appropians alligauit vulnera
eius: ĩfundẽs oleũ ⁊ vinũ. Et
imponens illũ in iumẽtũ ſuũ:
duxit ĩ ſtabulũ: ⁊ curã eiꝰ egit.
Et altera die ꝓtulit duos de-
narios ⁊ dedit ſtabulario ⁊ ait
Curã illius habe: ⁊ qdcũq ſu-
ꝑerogaueris ego cũ rediero red
dam tibi. Quis hoꝝ trium vi
deť tibi ꝓximus fuiſſe illi q in
cidit in latrones? At ille dixit.
Qui fecit mĩaz ĩ illũ. Et ait il
li ihs. Vade ⁊ tu fac ſilr. Offer.
Precatus ẽ moyſes ĩ cõſpectu
dñi dei ſui ⁊ dixit: ꝑcatꝰ eſt mo
yſes ĩ cõſpectu dñi dei ſui ⁊ di-
xit. q̄re dñe iraſceris pplo tuo
ꝑce ire aĩe tue: memento abra
ham yſaac ⁊ iacob: qbꝰ iuraſti
dare terrã fluentẽ lac ⁊ mel: et
placatꝰ factꝰ eſt dñs de maligni
tate quã dixit facere pplo ſuo.
Hoſtias q̄s dñe Secreta
placatꝰ intẽde: q̄s ſacris al
taribꝰ exhibemꝰ vt nobis indul
gentiã largiẽdo tuo nõi dent
honorẽ. Per. Cõio. De fructu
operũ tuoꝝ dñe ſatiabiť ťra
vt educas panẽ de ťra ⁊ vinuz
letificet cor hõis: vt exhilaret
faciẽ ĩ oleo: ⁊ panis cor hois cõ
Viuificet firmet Poſtcõ.
nos q̄s dñe huiꝰ ꝑticipatõ
ſacri: ⁊ pariť nobis expiatiõez
tribuat ⁊ munimẽ Per. Dñica
xiij. poſt penth. Introitus.

R Eſpice dñe in teſtamē
tū tuū et animas pau
perū tuoꝝ ne derelin
quas in finem exurge domiē ⁊
iudica cauſam tuā: ⁊ ne obliui
ſcaris voces q̄rentiū te. ps. Vt
quid de⁹ repuliſti in finē irat⁹ ē
furoꝛ tu⁹ ſuꝑ oues paſcue tue.
℣. Gloꝛia patri. Oꝛatio.
O Mnipotēs ſempit̄ne de⁹
da nobis fidei ſpei ⁊ cha-
ritat̄ augmētū: ⁊ vt mereamur
aſſeq̄ qd̄ ꝓmittis: fac nos ama-
re qd̄ pꝛecipis. Per. Ep̄la ad
Galath. iij. c.
F Rēs. Abꝛa
he dicte ſunt ꝓmiſſiones
⁊ ſemini ei⁹. Nō dicit ⁊ ſemni
bus q̄ſi in multis: ſʒ q̄ſi in vno
⁊ ſemini tuo q̄ ē xp̄s. Hoc aūt
dico teſtamētū ꝯfirmatū a d̄o
que poſt q̄dringētos et trigita
annos fc̄tā eſt lex: nō irritū fa-
cit ad euacuādā ꝓmiſſionem.
Nā ſi ex lege hereditas: iā nō
ex ꝓmiſſiōe. Abꝛahe aūt ꝑ re-
pꝛomiſſiōeʒ dōauit d̄s. Quid
igit̄ lex? Pꝛopt̄ trāſgreſſiōes
poſita eſt: donec veniret ſemen
cui repꝛomiſerat: oꝛdinata per
angelos in manu mediatoꝛis.
Mediatoꝛ aūt vni⁹ nō eſt: de⁹
aūt vn⁹ eſt. Lex ergo aduerſus
ꝓmiſſa dei. Abſit. Si eñ data
eſſet lex q̄ poſſet viuificare: ve
ex lege eſſet iuſtitia. Sʒ cōclu-
ſit ſcriptura oīa ſub pctō: vt ꝓ-
miſſio ex fide ieſu xp̄i daretur
credētib⁹. Grad. Reſpice dñe
in teſtamētū tuū ⁊ aīas paupe
ruʒ tuoꝝ ne obliuiſcaris in fi
nē. ℣. Exurge dñe ⁊ iudica cāʒ
tuā memoꝛ eſto oppꝛobꝛij ſuo
rū tuoꝝ. All'a. ℣. Dñe refugiū
fact⁹ es nobis a generatione ⁊
pꝛogenie. Sc̄dm lucā. xvij. ca.
I N illo tp̄e. Cū iret ieſus i
hieruſalē: tranſibat ꝑ mediā
ſamariā ⁊ galileā. Et cū ingre
derek quoddā caſtellū: occurre
runt ei decē viri lepꝛoſi. Qui
ſteterūt a lōge: ⁊ leuauerūt vo-
ceʒ dicētes. Jeſu p̄ceptoꝛ miſe-
rere nr̄i. Quos vt vidit dixit.
Jte oſtēdite vos ſacerdotibus.
Et factū ē dū irēt mūdati ſunt
Vn⁹ aūt ex illis vt vidit q: mū
dat⁹ eſt regreſſus eſt cū magna
voce magnificās deum et ceci-
dit in faciē aū pedes ei⁹: grās
agens. Et hic erat ſamaritan⁹.
Rn̄dēs aūt ieſus dixit. Non
ne decē mūdati ſūt: ⁊ nouē vbi
ſunt? Nō eſt inuētus q̄ rediret
⁊ daret gl'aʒ deo: niſi hic alieni
gena. Et ait illi. Surge vade
q: fides tua te saluū fecit. Offer
Jn te ſꝑaui dñe dixi tu es de⁹
me⁹: in manib⁹ tuis tēꝑa mea.

P[R]opitiare dñe Secre.
pplo tuo, ppitiare muneri
bus vt hac oblatione placatus
⁊ indulgētiā nobis tribuas: et
poſtulata cōcedas. Per dñm.
Cōio. Panem de celo dediſti
nobis dñe hñtē oē delectamen
tum ⁊ oēm ſaporē ſuauitatis.
S[V]mptis dñe ce Poſtcō.
leſtibus ſacramētis: ad re
dēptōis etne q̄s, pficiam⁹ aug-
mentū. Per dñm nr̄m ieſum.

Dñica.xiiij.poſt pēthe Intro.

P[R]otector noſter aſpi
ce de⁹ ⁊ reſpice in faciē
xpi tui: q: melior ē di
es vna in atrijs tuis ſup milia.
Ps. Quā dilecta tabernacula
tua dñe virtutū cōcupiſcit ⁊ de
ficit anima mea i atria dñi. ℣.
Gloria pri ⁊ filio. Oro
C[V]ſtodi dñe q̄s eccleſiam
tuā ppitiatione ppetua:
⁊ quia ſine te labitur humana
mortalitas: tuis ſemp auxilijs
et abſtrahat a noxijs: ⁊ ad ſa-
lutaria dirigatur. Per dñm.
Epla ad Galathas.v.caplo.
F[R]atres. Spū ambulate
Et deſideria carnis nō p
ficietis. Caro eñ cōcupiſcit ad
uerſus ſpm̄. ſpūs aūt aduerſus
carnē. Hec eī ſibi inuicē aduer
ſant: vt nō quecunq; vultis illa
faciatis. Qd̄ ſi ſpiritu ducimi-
ni: nō eſtis ſub lege. Manife-
ſta aūt ſunt opa carnis: q̄ ſunt
fornicatio: imundicia: impudi
citia: luxuria auaritia: qd̄ ē ido
loꝝ ſeruitus: veneficia: inimici-
tie: cōtētōes: emulatōes: ire: ri-
xe diſſenſiōes: ſecte: inuidie: ho-
micidia: ebrietates: cōmeſſatio
nes: ⁊ his ſilia: q̄ pdico vobis ſi
cut pdixi q̄m q̄ talia agunt re-
gnū dei nō cōſequētur. Fruct⁹
aūt ſpūs eſt charitas: gaudiū:
pax: patientia: longanimitas:
bonitas: benignitas: māſuetu-
do: fides: ſpes: modeſtia: ɔtinē
tia: caſtitas. Aduerſus huiuſ-
modi nō eſt lex. Qui aūt ſunt
chriſti carnē ſuā crucifixerunt
cum vitijs et concupiſcentijs.
Grad. Bonū eſt confidere in
dño q̄ ɔfidere in hoīe. ℣. Bo
num eſt ſperare in dño q̄ ſpa-
re in principib⁹. Alla. ℣. Veni
te exultemus domino iubile-
mus deo ſalutari nr̄o. Scdm
I[N] illo tpe. Matheū.vi.c.
Dixit ieſus diſcipulis ſuis
Nemo pōt duob⁹ dñis ſeruire.
Aut eñ vnū odio hēbit: ⁊ alte
rū diliget. aut vnū ſuſtiebit ⁊
alterū cōtemnet. Nō poteſtis
deo ſeruire ⁊ māmone. Ideo di
co vobis ne ſolliciti ſit̄ aīe vr̄e

q̃d mãducetis neq; corpi vr̃o q̃d
induamini. Nõne aĩa plus ẽ
q̃ eſca: ⁊ corpus pluſq̃ veſtimẽ
tũ. Reſpicite volatilia celi: qm̃
nõ ſerunt neq; metũt: neq; con
gregant in horrea: ⁊ pať veſter
celeſtis paſcit illa. Nonne vos
magis pluris eſtis illis? Quis
